UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Christ-eyfriger ||Seelen-Wecker/ ||Oder ||Lehrreiche Predigen/ ||über absonderliche Stellen der H. Schrifft/

Zu disem Zihl und End eingerichtet Daß der Sünder in sich selbsten gehe, den gefährlichen Schlaff der Sünden überwinde und sich zu wahrer Buß eyfrig und zeitlich aufmuntere; In zwey Bücher abgetheilt; mit weitläuffiger Anleitung wie alle und jede Predigen auf die Evangelia der Fasten und des ...

**Barcia y Zambrana, José de**

**Augspurg [u.a.], 1718**

**VD18 13450131-001**

Applicatio Omnium Sermonum hujus libri, duos Tomos complectentis, ad Evangelia Adventûs, Septuagesimæ, & Quadragesimæ.

urn:nbn:de:hbz:466:1-76332

Visual Library

# APPLICATIO

## Omnium Sermonum hujus libri, duos Tomos complectentis, ad Evangelia Adventûs, Septuageſimæ, & Quadrageſimæ.

## Dominica primâ Adventûs.

### *Erunt ſigna in Sole & Luna.* Luc. 21.

### INGRESSUS HINC EXORDIUM.

QUare Sancta Mater Eccleſia hodiernum Evangelium cantat de Judicio univerſali? dum quatuor hiſce Dominicis Adventûs, diſponere nos parat, ad celebrandam nativitatem temporalem Servatoris noſtri. Si enim inprimere deſiderat infidelium animis, tenerrimum myſterium primæ & pacificæ apparitionis, & adventûs Salvatoris noſtri, cùr memoriam refricat adventûs ſecundi & formidabilis Majeſtatis Divinæ, dum mundum judicabit; cùm ergo hoc non caſu & ex accidenti factum ſit, obſervate ô fideles, finem & ſcopum, quem intendit Eccleſia;

Ponamus ergo ob oculos articulum illum horrendum Judjcij, dum celebramus magnam illam miſericordiam Verbi in carne mortali nati, ut dum illum miſericordem agnoſcimus; non obliviſcamur Juſtum; ut adeò, ſi conſideratio bonitatis & clementiæ ipſius, nos poſſet facere audaces, ac temerarios; ſi adjungatur ipſius Juſtitia, etiam timeamus ipſum futurum Judicem, dum tenerum Infantulum adoramus. Dixit Iſaias, Salvatorem noſtrum venturum inſtar Solis ſplendidi, *donec egrediatur ut ſplendor juſtus ejus.* Iſaiæ, 62. Sed etiam ſolis inſtar venturus eſt Judex noſter, ut ait Malachias. *Orietur vobis timentibus nomen neum Sol Juſtitiæ.* Mal. 4. Dum autem naſcitur, inquit, eſt ſplendor miſericordiæ ad illuminandos bonos, & malos, dum autem judicat, ait, eſt Sol Juſtitiæ; quia illam demonſtrabit illâ die per ſplendores gloriæ ſuæ, ſolis Juſtis: ut ait Palacio, in Malach. 4. Ita ergo divinum hunc ſolem, animæ contemplentur, dum naſcitur miſericors, ut non oblivicantur diei illius, in qua veniet juſtus judex, ut ita inter timorem, & ſpem ambulemus.

Aut dicamus, quòd hodierna die memoria fiat Judicij univerſalis, dum celebramus beneficium ineffabile nativitatis DEI hominis, ut intelligat Chriſtianus, quòd tam hoc, quàm omnia alia redemptionis beneficia, tantò difficiliorem reddent judicij rationem, ſi non correſpondeat Chriſtianus dignis operibus filio DEI, qui à ſua majeſtate tam infinito pretio redemptus eſt. c. Diez. ſerm. 1. Dom. 1. Adventûs.

Exiſtimo ego, id; quod Sancta Mater Ecclefia cum hac memoria Judicij præhendit aliud non eſſe, quàm ut teporem noſtrum excitet, & ſancto amore erga hunc Dominum accendat, cujus nativitatem tanquam infantuli celebrat Eccleſia.

Dum filij Iſrael captivi erant in Babylonia, Sacerdotes, qui divino cultui præerant, ut ignis ſanctus, qui perpetuò in Altari ardebat, in manus Idololatrarum non veniret, eundem in puteo profundo cujusdam vallis abſcondebant, ubi occultus latebat, ut eum inimici populi non agnoſcerent. Interea ſeptuaginta anni captivitatis elapſi ſunt, cùm Nehemias, Nepotes, & ſucceſſores illorum miniſtrorum antiquorum, emiſit, ut ſacrum hunc ignem quærerent. Venerunt ergo ad vallem illam, & dixerunt: Eja, hîc loci fodiamus, verùm non erat ibi. Ite potiùs ad hanc partem, hîc enim terra facilis, & foſſilis apparet; hanc ergo ſolerter excavate: Eja Iſraelitæ! inveniſtisne ignem? *Non invenerunt ignem, ſed aquam craſſam.* Parum intereſt, ait Nehemias, hanc aquam tollite, & illam ſacrificiorum victimis affundite. 2. Mach. 1. Hugo Card. ibi. Levit. 6. Fecerunt ergo, ut juſſerat Nehemias, cùm autem ſol é nubibus egrederetur ſub quibus prius latebat, illuminavit victimam, & in momento, caſus mirabilis! ignis accenſus eſt, *utque tempus affuit, quo ſol refulſit, qui prius erat in nubilo, accenſus eſt ignis magnus, ita ut omnes mirarentur.* 2. Mach. 1. An non hoc erat mirabile? quis flammam iſtam accendit? Sol é nube egreſſus. Sed in qua meteria accenſus eſt ignis? in aqua craſſa, quæ in valle extracta eſt. Diſpoſitio ergo, ex qua ſol flammam accendit, erat, quod in illo loco aut valle fodiebant? Ita eſt. Quis

ergo locus ille erat? aut quæ vallis? dicat Hugo Cardinalis, *in valle Joſaphat.* Hug. in 2. Mach. 1. Notate Alegoriam myſterioſam! Agnoſcamus occultum ſolem verbi divini incarnandi in fæcunda & virginali nube Sanctiſſimæ MARIÆ, hoc enim verbum naſcetur, ut animas noſtras ardenti igne ſui amoris accendas: *Ignem veni mittere in terram, & quid volo, niſi ut accendatur.* Lucæ. 12. Sed quo modo? non enim adeſt materia, in qua ignis hic concipiatur: Chriſtiani enim obliti ſunt DEI, & illius, quod DEO debent. Perditus eſt amor Dei, & terrenis rebus affixus eſt. Quomodo ergo ignis iſte accendi debet? ô Sancta Eccleſia? facili modo, ait. Fodiant tantum in valle Joſaphat, quod erit theatrum Judicij univerſalis, fodiant ibi Prædicatores ſtudijs ſuis, & ſermonibus; fodiant fideles, per conſiderationem Judicij divini, ſi enim ignem non ſtatim invenient, invenient tamen aquam lachrymarum, quam timor divini Judicij excitabit. Poſteaquam autem ſol Chriſtus ex viſceribus nubis virgineæ egredietur, tunc enimvero iſtas lachrymas de peccatis in ardentem amorem convertet, erga tam grandem benefactorem. Hac ergo die Judicium divinum proponatur, audiant fideles animæ, propoſitionem hanc terribilem, de ratione Deo reddenda in Judicio finali, ut culpas ſuas ac peccata deplorent, ſéque ad amorem Hominis Dei diſponant, cujus nativitatem celebramus, *Quia cùm pœnitens bene recordatur peccati, accenditur in eo fervens dilectio DEI.* Ait Stephanus apud Tilmannum citatus. Jam videtis, ô Chriſtiani, quem finem & ſcopum habuerit Eccleſia Dei, dum nos hodierna Die voluit Judicij ſupremi meminiſſe: Inſuper Chriſtus ait per S, Lucam, dum ad quæſtionem quandam à diſcipulis ſuis ſibi propoſitam reſpondet, in eodem Evangelio, quod hodie canit Eccleſia.

*Erunt ſigna in ſole, Luna & ſtellis.* Præceſſura nimirum ante Judicium divinum, ſigna quædam portentoſa, mare ſcilicet horrendos fremitus excitaturum, & omnes creaturas contra peccatorem, qui Deum offendit, armardas, Sapient. 5. Circultutos homines triſtitiâ attonitos, & omnis ſolatij expertes, ob timorem malorum imminentium, expectantes diem illum terribilem, in quo omnia illorum opera judicabuntur, omnia verba, & cogitationes, ſubinde ait Chriſtus, veniet illico, & venientem videbunt filium hominis cum poteſtate magna & Majeſtate, verùm advertite, ô mei diſcipuli, quando hæc ſigna apparebunt, *reſpicite, & levate capita veſtra.* Et exultate, quia tunc veniet perfecta, & completa Redemptio veſtra. O Chriſtiani, enimvero dolendum eſt, quòd peccata faciant horrorem de die Judicij ſupremi; dies enim Judicij, illa dies eſt, in qua Juſtis confertur gloria perfecta corporis & animæ, & ſigna iſta præcedentia annuntiabunt feſtivam hanc diem, propterea Chriſtus ait, ut in illa exultemus. Nec ſané dubium eſt, ſi enim captivi in quodam carcere exultant & lætantur, ſi audiunt quati muros civitatis tormentis bellicis, ubi ipſi captivi ſedent, quia vident appropinquare redemptionem ſuam, & liberationem captivitatis. Ita etiam vos Juſti exultate, qui in mundi hujus carcere captivi eſtis, quando audietis & videbitis ſigna in Cœlo, & Elementorum motus, *quoniam appropinquat redemptio veſtra.* Et hoc eſt ô Chriſtiani, quod vobis hodierna die Chriſtus annuntiat. Sed ad hujus declarationem majorem, gratiâ DEI opus eſt, & MARIÆ interceſſione &c. Hic jam poteſt ſervire ſermo 31. de Judicio univerſali, & omnes reliqui ſermones pro libitu, Uſque ad ſermonem 45. ubi agitur fusé de ijs, quæ Judicium divinum attinent, & reddendam rationem. Qui omnes ſermones poſſunt, pro exigentia auditorum proponi, & prædicari.

### *Dominica II. Adventûs.*

1. *Joannes in vinculis.* Matth. 11. Oſtenditur in Joanne captivo anima in carcere corporis, in hac vita miſerabili, ut non fidat huic vitæ, nec jam in peccatis tranſigat, quia brevis eſt, inconſtans & fragilis, Sermo. 15. de hujus vitæ miſeriis.
2. *Joannes in vinculis.* Anima catenis peccatorum conſtricta, quæ tot habent annulos, quot mala. ſermo. 4, de malitia peccati. Aut poſſunt damna peccati pro ánnulis catenæ recenſeri. ſerm, 5. de damnis peccatorum,
3. *Joannes in vinculis.* Anima in carcere peccatorum, ligata catena temerariæ ſpei in miſericordiam divinam, ſerm, 10. de confidentia temeraria. Vide ſerm. 49. § 3. & ſerm. 52,
4. *Joannes in vinculis.* Peccator impurus, ſicut Herodes, tenet gratiam DEI, id eſt Joannem in carcere excuſationum detentem, ut peccatum non deſerat, ſerm, 58. de occaſione proxima, & excuſationibus peccatorum.
5. *Joannes in vinculis.* Anima, quæ quidem in gratiæ ſtatu eſt, ſi autem tantum operatur ex motivis naturalibus, tunc meritum illius quodammodo captivum eſt. ſerm, 26. Examen operum ſpititualium. Vide etiam. ſerm. 25.
6. *Joannes in vinculis.* Peccator ligatus catenis malæ conſuetudinis, habet difficilem converſionem. ſerm, 11, de mala conſuetudine, & ejusdem damnis. ſerm. 9. de difficultate pœnitentiæ in articulo mortis. Item. ſerm. 68, §. 5.
7. *Joannes in vinculis.* Anima eſt nobiliſſimá, hánc tamen relinquit peccator in vinculis & catenis culpæ, quia illius nobilitatem non conſiderat. ſerm. 2. de nobilitate animæ. ſerm. 3. de fine hominis.
8. *Joannes in vinculis.* Advertat peccator, quia in catena peccatorum ſunt certi & determinati annuli. ſerm, 12. de numero dierum,

dierum, peccatorum, & admonitionum divinarum, quas Deus expectat.

9. *Arundinem?* Non erat Joannes Arundo, quæ omni vento movetur, Peccator autem talis arundo eſt, inconſtans in ſuis propoſitis. ſerm. 60. de relapſu in peccata. Illius radicibus, & damnis. ſerm. 51, §. 5.

10. *Qui mollibus veſtiuntur.* Illi ſunt in domibus regum. Sed timeant illi ſuum periculum, ne forté in Domum Dei non admittantur, ſerm. 41. de veſtitu vano, & prophano, & illius conſequentiis.

11. *Arundinem vento agitatam.* Imàgo peccatoris, cum operibus, quæ merito vacua ſunt, & agitantur motivis, ac rationibus falſis. ſerm. 25. & 26. Examen operum bonorum,

*Dominica III. Adventùs.*

*Tu quis es?* Joan. 1. Quæſtio hæc S. Joanni à Phariſæis facta, proponi poteſt omnibus hominibus cujuscunque demum ſtatus, tam Sacerdoti, quàm Judici &c. ſerm. 27, de variis ſtatibus. ſerm. 46. de viſitatione conſcientiarum, facilis enim eſt applicatio, cum omnibus ibi ad finem uſque allegatis.

2. *Tu quis es? quid dicis de te ipſo?* Quale Judicium de te ipſo facis, cur non identidem cogitas, quid tecum futurum ſit? ſerm. 47. de numero ſalvandorum,

3. *Quid dicis de te ipſo?* Bene cogita, & reſpondebis cum Joanne. *Ego vox.* Vox quæ vix nata, moritur, vox inconſtans & fragilis. ſerm. 15. de vitæ miſeriis,

4. *Quid dicis de te ipſo?* Agnoſcisne animæ tuæ nobilitatem? totus in cura corporis tui occupatus. ſerm. 2. de animæ nobilitate,

5. *Quid dicis de te ipſo?* Esne in patria tua; an in deſerto? ſi in deſerto? quare ergo vivis, ac ſi mundus eſſet tua patria? ſerm. 3. de ultimo fine hominis. ſerm. 14. de fluviis Babyloniæ.

6. *Quid dicis de te ipſo?* Confitere? *Ego vox.* ſerm. 55. de confeſſione, Sed ita confitere, ut nullum peccatum grave taceas. ſerm. 56. de Confeſſione integra. ſerm. 57. de Confeſſione Generali.

7. *Ego vox.* Reſpondet S. Joannes ad quæſtionem, & ait, ſe non ſolùm vocem, ſed vocem in deſerto. Vocem, cui reſpondet Echo. Opera enim vitæ noſtræ, ſunt vox cui adeſt Echo. Nimirum eorum, quæ ſequuntur uſque ad finem mundi. ſerm. 34. uſque ad ſerm. 43.

8. *Ego vox.* Non dicit, edo voces, ſed ego ſum vox, & quidem cum Echo. Videant peccatores, quia ex ſcandaloſis ipſorum actionibus reſultat Echo malarum conſequentiarum. ſerm. 36. Conſequentiæ.

9. *Tu quis es?* Poſſunt interrogari, non tantùm vivi, ſed & mortui, & reſpondent. *Ego vox.* Audi peccator, quis tecum loquatur? ſerm. 17. Cautela ex mortuis.

10. *Quid ergo baptizas, ſi tu non es Chriſtus?* Sine ratione ipſum interrogant, an prophetâ ſit? Chriſtus cum ratione interrogabit unumquemque, qui ſtatum duendam ſuſcepit, ad quem tamen qocationem à Deo non habet? ſerm. 27. de ſtatibus. ſerm. 39. de vocatione.

11. *Tu quis es?* Si de honore agitur? Reſponde. *Ego vox.* Si de divitiis, & voluptatibus, dic eſſe vocem absque ſubſtantia. ſerm. 14. de fluviis Babyloniæ.

*Dominica IV. Adventùs,*

1. *Factum eſt verbum Domini ſuper Joannem* Luc. 3. Quare erat in ſtatu & officio ſuo tam excellens? quia à Deo vocatus erat. ſerm. 39. de damnis eorum, qui à ſua vocatione aberrant.

2. *Super Joannem Zachariæ filium.* Quare recenſetur, cujus filius fuerit? Nimirum quia gloria Patris eſt, fructus, quem recipit ex ſuo filio, & ipſius bona educatione. Sed etiam ex contrario. ſerm. 35. Conſequentiæ Patrum;

3. *Prædicans baptiſmum Pœnitentiæ.* Si peccâſti, non eſt ſperanda ſalus absque pœnitentia. Tu autem quousque illam differes? ſerm. 6. 7. 8. 9. Qui omnes ſunt contra nimiam pœnitentiæ procraſtinationem.

4. *Parate viam Domini.* Jam in tempore præveniendum eſt, nimis enim difficile e uſque ad articulum mortis different. ſerm. 9 de difficultatibus pœnitentiæ in puncto mortis. Vide etiam ſerm. 68. §. 5.

5. *Parate viam.* In morte finitur tempus meriti. ſerm. 18. de momento, ex quo pendet æternitas. Vide ſerm. 6. de tempore pœnitentiæ.

6. *Rectas facite ſemitas ejus.* Non ſatis eſt ad meritum, facere opera ex ſe bona, ſi ſunt cum mala intentione, ſerm, 15. Examen operum bonorum. Vid. ſerm. 26.

7. *Omnis vallis implebitur.* Quæ vallis erat, mons eſt, qui mons erat, vallis eſt. Inconſtantia omnium rerum temporalium. ſerm. 15. de fluviis Babyloniæ,

8. *Erunt prava in directa.* Dum Chriſtus advenit, fecit facilem viam ad gloriam, ſerm, 3. de fine hominis, & de mediis illum conſequendi,

9. *Aſpera in vias planas.* Vide quantum Deus fecerit ut tibi facilem viam ſterneret ad ſalutem tuam æternam. ſerm. 20. de beneficiis generalibus. & ſerm. 21. de beneficiis ſpecialibus.

10. *Aſpera in vias planas.* Attende in quònam, illud quod tibi aſperum videtur, & ſcabroſum, illud DEUS tibi planum fecerit, ut ſit tibi medium, & beneficium. ſerm. 33. de beneficiis occultis.

*Dominica in Septuageſima.*

1. *Exijt primo mane conducere operarios.* Matth. 20. Quam curam adhibuiſti in audienda DEI vocatione? ſerm. 39. de damnis eorum, qui errant in vocatione.

2. *Exiit primò mane.* Egreſſus eſt etiam circa tertiam, & ſextam, Omni hora, &

ætate Deus vocat ad pœnitentiam. Reſponde ergo Deo,& ſequere illum,ſi vocatus es, quia neſcis,an alia hora pro te ſuperſit. ſerm,6. de lucro temporis.

3. *Conventione autem factâ ex denario.* Denarius iſte eſt gloria cæleſtis,quam promittit Deus illi, qui laborat in vinea ſua. Hunc denarium diſce agnoſcere,ut te ipſum incites & animes ad laborandum. ſerm,53, de gloria æterna,

4. *Quid hic ſtatis?* adeò ſegnes & otioſi?cùm tamen ſciatis manere vos æternitatem aut glorioſam,aut infelicem? ſerm. 30. de æternitate.

5. *Quid hic ſtatis?* Otioſi. Anne Sancti Dei ita ſalvati ſunt? quomodo absque pœnitentia vis ad gloriam accedere? quæ tantis impenſis ſtetit Sanctis? ſerm, 13. de timore Dei. Item ſerm, 45. de ratione, quam Deo reddituri ſumus propter vitam Sanctorum, & ſerm. 49. de vanis ſpebus peccatoris.

6. *Totâ die otioſi.* Semper dies eſt, & vos ſtatis otioſi vitâ tota? ah cur tamdiu differtis? quid moramini? valde dubia eſt pœnitentia,ad mortis articulum dilata.ſerm, 8.de dubijs pœnitentiæ ſeræ, Vide etiam ſerm,9.& 68.§.5.

7. *Quid hic ſtatis?* Excuſant ſe: *nemo nos conduxit.* Tua excuſatio te accuſat, quia propter temporalia, non attendis, quò te ducant, ſerm.24. Ratio, quam reddet peccator,propter ſua propria opera.

8. *Quid hic ſtatis?* dicere non potes: *nemo nos conduxit.* Cùm tot teneas media & beneficia,quæ te ad Deum ducunt, ſerm. 20. 21. 33. beneficijs generalibus, ſpecialibus, & occultis.

9. *Ite & vos in vineam meam,* Mittit eos, ſed ſine conventione facta, ſicut cum alijs, Quia difficile eſt, illum, qui tardé ad vineam it, accipere mercedem, aut ſolutionem ſerm. 9, Difficultates pœnitentiæ ad mortem dilatæ,

10. *Voca operarios, & redde illis mercedem.* Illis, qui laborant, datur præmium & merces æterna. ſerm. 54. De probationibus ad gloriam.

11. *Incipiens à noviſſimis uſque ad primos.* Incipit ab ultimis. Fuerunt enim in vinea cum eadem conventione mercedis recipiendæ,ſicut cæteri. ſ, 26, Examen virtutum.

12. *Multi enim ſunt vocati, pauci verò electi,* Multi ſunt vocati ad fidem, pauci ad gloriam. ſerm, 47. De numero Prædeſtinatorum,

13. *Incipiens à noviſſimis.* Quare hoc? quia ſerò adhuc veſpere laborabant. Guido. *ut oſtenderet,quòd non præmiat bene incepiſſe, ſed bene perſeverâſſe.* ſerm. 62. De perſeverantia. item ſerm. 60. da relapſu in peccatum.

*Dominica Sexageſima.*

1. *Exijt qui ſeminat ſeminare ſemen ſuum.* Luc. 8. Grande beneficium Dei eſt, quod mittat prædicatores, ut ſeminent verbum Dei. ſerm. 1, Grandis obligatio, & ratio reddenda illis, qui fructum inde non ferunt. ſerm. 61, quæ ratio reddenda propter prædicationem.

2. *Qui ſeminat.* Seminat Deus beneficia, & quem fructum dedit terra cordis tui? ſerm, 20. 21. 23. De beneficijs gèneralibus, ſpecialibus,& occultis.

3. *Seminare ſemen ſuum.* Seminavit Chriſtus vitam ſuam ſanctiſſimam,ut fructum ferat illius imitatio. Vide tu, quem fructum tuleris? in quonam illum imiteris? ſerm, 44. Obligatio,ex vita Chriſti.

4. Perditum fuit granum in via, inter petras, inter ſpinas ,ubi agnoſcitur periculum honorum,divitiarum,& voluptatum temporalium.ſerm. 14. De fluvijs Babyloniæ,

5. *Secus viam.* Via uſus,& abuſus, facit,ut perdatur ſemen inſpirationem divinarum, ſ. 42. conſequentijs variorum abuſuum. Item ſerm. 41.

6. *Supra petram.* Si eò pervenis,ut ſis petra obſtinationis, difficulter feres fructum pœnitentiæ,quem Deus prætendit.ſerm, 12. De damnis malæ conſuetudinis.

7. *Inter ſpinas.* Voluptates cum ſpinis? Ita. Turpitudo cum excuſationibus, quæ ſuffocant inſpiriationes divinas, videamus iſtas ſpinas ſerm, 58. De occaſione proxima, & ſuis excuſationibus.

8. *Aliud cecidit in terram bonam.* Ex quatuor, una ſola bona eſt. Ob hanc cauſam pauciores ſunt illi,qui ſalvantur. ſ. 47. De numero prædeſtinatorum,

9. *Ortum fecit fructum.* Anne hæc ſola fructum fert? & reliquæ terræ non, cùm tamen eadem beneficia acceperint? Ingentem rationem hæ terræ reddent.ſerm. 45. Ratio reddenda propter vitas Sanctorum. Vide etiam ſerm. 61. §. 6.

*Dominica Quinquageſima.*

1. *Cùm appropinquaret Jericho, cæcus quidam ſedebat.* Luc. 18. Vicinæ Jericho, eſt ſicut luna inconſtans. Erat hic homo cœcus. O quanti ſunt cæci? qui confidunt in inconſtantia rerum temporalium, Serm. 14. de fluvijs Babyloniæ.

2. *Cæcus quidam.* Hic erat cæcus ex infirmitate, peccator autem eſt cæcus voluntarius, quia ipſe tibî oculos obnubit. Exemplum ſit homo impurus, Serm, 58. de occaſione proxima inhoneſta.

3. *Secus viam mendicans.* Peccator, mendicat à mundo honores, divitias, & voluptates, Et quid mundus ipſi dat? prorſus contrarium. ſerm. 14 de inconſtantia rerum temporalium.

4. *Mendicans.* In hac vita. ubique mendicatur,& nulla habetur ſatisfactio. Quia ſolus Deus poteſt capacitatem animæ replere. ſ. 3, de fine hominis,& ſerm, 2. de nobilitate animæ,

5. *Mendicans.* Mendicabat multo tempora,

pore. *Sedebat.* Tanti ſunt pauperes, quia pauci ſunt, qui illis ſuccurrunt. ſerm. 73. ſerm. 54. in fine, & in ſerm. 63. §. 5. in Indice. Vide Eleemoſyna.

6. *Miſerere mei.* Miſericordiam petit, & non movet ſe. Denotat peccatorem, qui confidit in miſericordia Dei, & nihil addit de ſuo, hæc eſt temeritas. ſerm. 10. de temeraria confidentia. Vide ſerm. 1. §. 8. ſerm. 49. §. 3. & 4.

7. *Et qui præibant increpabant eum,* Horribile judicium manebit eos, qui virtutem perſequuntur. ſ. 36. Conſequentiæ variorum peccatorum. ſ. 37. de damnis ſpiritualibus. ſ. 72. à §. 3.

8. *Stans autem JEſus.* JEſus ſtat, & cæcus ſedet. *Sedebat.* nondum ſalutem conſequitur, quia Chriſto diſſimilis eſt. ſerm. 44. de vita JESU Chriſti Domini noſtri.

9. *Quid tibi vis faciam?* reſpondit: *Domine ut videam,* melior erat leproſus: *Si vis potes me mundare.* Fortaſſis enim cæcitas ipſi utilior erat, quàm ſanitas, ſerm. 21. §. 4. ſerm. 33. §. 8. ſerm. 78. à §. 2. ſerm. 3. §. 8.

10. *Fides tua te ſalvum fecit.* Non ait. *fides, ſed fides tua.* Fides nimirum illius, qui ſurrexit, & ad JESUM venit. Fides ſine operibus eſt mortua. Serm. 40. de fide, Serm. 70. à n. 12.

11. *Dedit laudem Deo.* Cæcus, & totus populus laudavit Deum, eidèmque gratias agit: quâ ratione? *ſequebatur illum* ſequendo JESUM, grati ſumus. Serm. 85. de actione gratiarum. Vide Serm. 84.

*Die Mercurij Cinerum,*

1. *Memento homo, quia pulvis es.* Die Mercurij Eccleſia incipit Quadrageſimum. Quare? non tantùm, ut dixit Rabanus Maurus, ut compleret hiſce quatuor diebus numerum quadrageſimum, ſed quia inter antiquos mos erat, Mercurio proprimum fuit, (à quo dies Mercurij vocatur viam monſtrare itinerantibus, ponendo ſtatuam ſuam, ut Aliciatus refert, his verſibus: *Mercurij eſt igitur tumulus, ſuſpende viator ſerta Deo, rectum qui tibi monſtrat iter.* Jta majori longè ratione Eccleſia Dei ponit diem Mercurij, ad reducendos in viam rectam devios peccatores, atque oſtendit unà per aſperſos cineres viam ſecuram ab omni deceptione: *Memento homo.* Vide Serm. 17. à n. 6. quomodo vivi à mortuis diſcere debeant. Rectè dixit Robertus Holiat. Lect. 61. in Sapient. *Omnis via eſt dificilis, ſi ſit montoſa, tumultuoſa, ſi ſpinoſa, ſi lutoſa,* Superbus ambulat per viam montoſam. *Montoſam accipiunt ſuperbi, & ambitioſi,* Hic autem Mercurij dies dicit illis, quòd propter pulveres cum ſecuritate ambuletur. *Memento.* Serm. 17. à n. 10. Vindicativus ambulat per viam tumultuoſam: *Tumultuoſam eligunt Iracundi.* Hic autem dies Mercurij monſtrat eis per cineres viam charitatis. *Memento,* Ibid. à n, 19. Avarus ambulat per viam ſpinoſam. *Spinoſam eligunt cupidi, & avari.* Hic autem dies Mercurij, illos liberat à deceptione. Ibid. à n. 21. Luxurioſus ambulat viam lutoſam. *Lutoſam eligunt Luxurioſi. Memento.* Hic autem dies Mercurij ipſos docet, & inſtruit hanc viam deſerere. Ibid. à n. 26.

2. Ergo à memoria cinerum viam incipit Eccleſia? Ita eſt: *Memento.* Eſt enim memoria ſpeculum, in quo videtur id, quod præteritum eſt. Facit ſibi peccator ex hac chryſtallo perſpicilia. Eccleſia autem ipſi cineres proponit, ut ex hac chryſtallo ſpeculum ſibi faciat. Raulinus ait tract. 1. de morte c. 12. *Faciamus nobis ſpeculum de mortuis, in quo nos videamus.* In hac ergo chryſtallo memoriæ cineres appone, ut ſpecies tuæ vanitatis aſpicias. Superbus enim & ambitioſus videt in hiſce perſcilijs honores, gradus, nobilitatem, litteras, *Memento,* & aſpice te ipſum in ſpeculo harum ſepulturarum. ſerm. 17. à n. 10, Vindicativus quaſi per tubum opticum, qui omnia objecta facit majora & grandia, dàtque ſuis imaginarijs oſtentis corpus, quô tamen carent. *Memento,* ibid. à n. 19. Avarus aſpicit per perſpicilia conſervativa, & totam ſuam curam ac ſolicitudinem adhibet in opibus cuſtodiendis. *Memento.* Ibid. à n. 21. Impudicus aſpicit per vitrum triangulare. Ubi finguntur amænitates & pulchritudinis, quæ omnino nullæ ſunt, ſed apparentes tantùm. *Memento.* Ibid. à n. 26.

3. *Pulvis es, & in pulverem reverteris.* Advertite, quod hic ſermo ſit de præſenti & de futuro. Quare hoc? quia quod præſens eſt, certum eſt, quod autem futurum eſt, incertum eſt. Utere ergo præſentibus, ut monſtres certitudinem moriendi, utere etiam futuro, ut oſtendas Incertitudinem loci, modi, & temporis moriendi. ſerm. 16. De morte.

4. *In pulverem reverteris.* Ait Eccleſia. Evangelium autem dicit: *Faciem tuam lava.* S. Antonius de Padua ait. *Aquâ confeſſionis purâ.* Oſorius hîc: *Optimum ſanè argumentum, pulvis es, quem ventus tollit, in pulverem citò redigendus, ergo antequam ſuccidaris, pænitentiam age.* Vide ſerm. 6. 7. 8. & 9. Contra dilationem pœnitentiæ.

5. *Pulvis es.* Cur ergo Evangelium dicit? *Faciem tuam lava.* Ibi loquitur Eccleſia de corpore. Hic autem, ait S. Bernardus, loquitur de facie animæ, & dum vult peccatorem à peccato avertere, oſtendit illi, & perſuadet pulchritudinem animæ. Oſorius hîc: *ut agnoſcens dignitatem ſuam, in peccati faditatem non labatur,* ſerm. 7. De anima.

6. *Pluvis es.* Hoc idem eſt, ac ſi peccatori dicas, attende quia jam pulvis es, vide ergo, ne in lapidem degeneres ob peccandi

conſuetudinem. ſerm. 11. de damnis pravæ conſuetudinis.

7. *Theſaurizate vobis theſauros.* De quo? ſi moriamur? *Pulvis es.* Ex operibus virtuoſis, verùm advertendum eſt, ait hic, Legionenſis. *Videndum, de qua moneta theſaurus iſte congregandus?* ſ. 25. à n. 16. de operibus, quæ ſunt moneta.

8. *Nolite theſaurizare in terra.* Theſaurizat ſibi Iram Dei, peccator, qui temerarié confidit in miſericordia Dei. ad Rom. 2. *Theſaurizas tibi iram.* ſ. 10. de temeraria confidentia. ſ. 52. & 49. §. 3.

9. *Ubi ærugo & tinea.* O quanta pericula comitantur commoditates terrenas? ſ. 14. d. fluviis Babyloniæ, & de periculis temporalium.

10. Nolite theſaurizare. Peccâſtis? & eſtis ſine ſollicitudine? Scias, quod theſaurizaveris: & quòd omnia peccata egredientur contra te, ſi arca mortis fuerit aperta. ſ. 22. de Judicio peccatorum. Vide etiam ſ. 19.

11. Quare ponitur Cinis, & non pulvis? nempe ad ſignificandum, quòd pœnitentia non ſolùm conſumptura ſit peccata, ſed etiam quidquid reliquiarum de peccatis timendum eſt. ſ. 43. de conſequentiis, quæ in ipſo peccatore ſequuntur.

*Die Veneris poſt Cineres, de dilectione Inimicorum.*

1. *Diligite Inimicos veſtros.* Matth. 5. Vide ſ. 59. ubi de amore Inimicorum, & eorum venia agitur, quæ fundatur in illis Chriſti verbis. *Ego autem dico vobis.*

2. Conſilium dederat Athenodorus Philoſophus Imperatori Auguſto, uti Plutarchus refert, quòd ſi quando ipſum ira inceſſeret, nihil omnino faceret, aut loqueretur, usque dum omnes litteras Alphabethi recitâſſet. Non peto ego tantum ab homine vindicativo & irato. Solummodo peto, ut dicat quinque litteras vocales. *A.* E. I. O. U. verùm dicere eas debet conſiderando, quò illum deducant. Conſidera in *A.* amorem Dei, quem tibi demonſtrat, & qui te ad gratitudinem incitat. ſ. 20. n. 9. Conſidera litteram *E.* quæ tibi exhibet Exemplum Dei, quod non aſpicit injuriam acceptam à peccatore, ſed unicé illius miſeriam reſpicit, non ut ſe vindicet, ſed ut peccatori compatiatur. ſ. 52. n. 16. Conſidera litteram *I.* nimirum injurias, quas Sancti ſuſtinuerunt, & quomodo illi te doceant eas ſupportare. ſerm. 45. n. 15. Conſidera litteram *O.* nimirum honor, qui te ſequetur, & quidem honor veriſſimus, quòd, cùm potuiſſes te vindicare, id tamen non feceris. ſ. 33. n. 21. Conſidera litteram *U.* nimirum utilitatem, quam ex patientia conſequeris. ſerm. 65. n. 13. ſerm. 33. n. 33. *Ego vobis*, ut hæc nimirum motiva expendat.

3. *Ego autem dico vobis.* Quod ad veniam inimicis noſtris indulgendam attinet, imitari oportet conſilium S. Auguſtini ſerm 2. de S. Stephano, dicentis, quod infirmus non debeat attendere ad amaritudinem medicinæ, ſed ad intentionem medici. *Conſidera medicum non medicinam, attende Chriſtum Medicum ægritudinis tuæ.* Hac de cauſa ille tibi hodie proponitur imitandus, ut ad illum attendas: *Ego autem dico vobis.* Conſideremus illud *Ego*, JEſu Chriſti tres continet litteras: *E. G. O.* In *E.* aſpice Exemplum ſuæ Majeſtatis, quæ ſemper portam apertam tenet, ad tibi indulgendum, & perdonandum. ſerm. 10. n. 10. Vocat illud præceptum novum amoris, quia vult, ut ames proximum, ſicut Chriſtus amavit te. ſerm. 26. n. 44. Habet inſuper pro armis ſuis gentilitijs miſericordiam, ſerm. 52. n. 15. In littera *G.* conſidera gratiam & gloriam, quam tibi comparas, ſi inimicis ignoſcis, ſerm. 33. n. 38. hæc enim gratia datur illi, qui ſe non gubernat juxta inclinationem ſuæ naturæ, ſed juxta voluntatem Dei. ſerm. 44. n. 21. nam & Samſon favum mellis tunc primum invenit, cum de communi via declinaret. ſerm. 41. n. 3. in littera *O.* conſidera, Oculum æternitatis. *O.* enim, forma circuli, ſymbolum eſt æternitatis, ſerm. 59. n. 30. quæ minitatur illis, qui nolunt ignoſcere, & omnibus illis, qui vindictam parant, ſerm, 50. n. 22. Et Sancti ipſi nos accuſabunt. ſerm. 23. n. 29.

4. *Ego autem dico vobis.* Videatur. quis ille ſit, qui hoc mandat, nec enim plus requiritur, & cui mandet. Ego ſum, ait Chriſtus. Ego, qui ſi quid mando, quod videtur difficile, illud reddo per auxilium gratiæ meæ facile. *Jugum meum ſuave.* ſerm. 39. n. 13. Dicant Sancti Dei, an ipſis hoc difficile fuerit. ſerm. 45. n. 15. ut ipſe dic, qui tanta ſuſtinuiſti ab inimicis animæ tuæ. ſerm. 24. n. 26. *Ego* qui exemplo antecedo, ſerm. 26. n. 44. Cui autem hoc imperat. *Vobis*, Chriſtianis, qui vos ipſos, non ad morem gentillium aut ethnicorum, juxta dictamina paſſionum, aut naturæ depravatæ debetis gubernare, ſerm. 45. n. 16. *Vobis*, quibus ignoſcere & condonare bene convenit. ſerm. 33. n. 38. *Vobis*, qui dum veniam datis, & ignoſcitis, vobis coronam æternam ſecuram redditis, ſerm. 48. n. 21. *Vobis*, quos certò manet pæna & ſupplicium niſi ignoſcatis. ſerm. 23. n. 29.

5. *Ego autem dico vobis: Diligite.* Hug. Card. *Diligendi ſunt propter Deum, propter nos, propter ſe ipſos.* Propter Deum quidem, quia amor amore compenſandus eſt. ſ. 20. n. 9. propter nos, quia amor iſte, nobis honorificus eſt, & utilis, ſ. 33. n. 31. ſ. 33. n. 38. propter ipſos inimicos, quia magis nos ad compaſſionem movere debet illorum miſeria, quàm nos ad vindictam accepta injuria. ſ. 57. n. 16.

6. *Ut ſitis filij Patris veſtri.* Eſt Chriſtianus Dei filius per Baptiſmum. Sed neceſſe eſt, ut

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ut etiam ſit filius per imitationem. ſerm. 54. n. 9. Ait. S. Ant. de Padua: *Quatuor virtutes nos faciunt Dei filios, ſcilicet, fides, charitas, miſericordia, pax.* Primò fides: *quia per fidem regeneramur,* in virtute ſanguinis JESU Chriſti, & hoc conducit ad gloriam. ſerm. 54. n. 6. Alterum eſt charitas, *quia per charitatem configuramur.* Sola enim fides, non facit veré filium Dei, niſi cum charitate, & operibus dignis fide, ſerm. 40. n. 7. ſerm. 49. n. 14. ſerm 54. n. 7. Tertium eſt miſericordia, *per miſericordiam confirmamur.* Et ideò in Evangelio ſe nominat Solem, quæ eſt proprietas Dei. *Solem ſuum,* Auguſt. ait, *filium ſuum,* quia divitit lucem ſuam & calorem, tam bonis, quàm malis, ſerm. 59. n. 34. Quartum eſt Pax, *per pacem ſimiliationem Dei noſcimus.* Pax cum DEO, cum proximo, & ſecum ipſo, ſerm. 24. n. 36.

7. *Diligite.* Ubi non eſt attendendum temporale, quod vides, ſed ſola æterna gloria reſpicienda, quam deſideras, ſerm. 27. n. 3. Verùm adſunt mundus, diabolus & caro, & perſuadent contrarium. Mundus enim dicit, multos adhuc ſalvos factos eſſe, qui tamen longo tempore inimicis non ignoverunt, ſed contra, ſerm. 49. n. 13. Dæmon dicit: quòd miſericordia Dei magna ſit. ſerm. 49. n. 19. ſed contra, ibid. n. 21. Perſuadet caro. Et quid tum poſtea? Jam erit adhuc tempus ignoſcendi, ſed contra. ſerm. 49. n. 26. & ſequent.

8. *Diligite.* Debet Chriſtianus inimicos amare. Guil. Pep. hic: *Primò propter Dei præceptum implendum. Secundò propter meritum augentum. Tertiò propter præmium conſequendum. Quarto propter ſupplicium vitandum.* Hîc jam quatuor hæc motiva demonſtranda ſunt, & probanda.

*Sabbatho poſt Cineres.*

1. *Erat navis in medio mari.* Marc. 6. Sermo integer hujus feriæ, qui eſt 64. de radice, & remedio calamitatum publicarum. Videantur etiam in hunc ſcopum ſermones: qui ſequuntur, uſque ad 74. ubi exhibentur variæ cauſæ, & varia remedia.

### *Dominica prima Quadrageſimæ de Tentationibus.*

1. *Ductus eſt JEſus in deſertum à ſpiritu.* Matth. 4. In tribus tentationibus oſtenduntur magis ordinariæ & communes, cum quibus dæmon aggreditur, & debellat animas. Nimirum honoribus, divitijs, & voluptatibus. ſerm. 14. De fluviis Babyloniæ. Vide etiam ſerm. 49.

2. *Ut tentaretur à Diabolo.* Cur autem expreſsè dicit, quòd ſit à diabolo tendandus? reliqui enim abſque diabolo tentant. Dæmon enim tentat cum temeraria confidentia in miſericordia Dei. Mundus autem, proponendo exempla aliorum peccatorum. Caro tentat cum ſpe longioris vitæ, ſerm 49. De vanis ſpebus.

3. A Diabolo. Dicit à diabolo tentatum, quia etiam mali Chriſtiani tentant, pravis conſiliis, occaſione peccandi, veſtitu prophano, etiam ſcandalo, & malo exemplo. ſerm. 21. n. 20. ſerm. 28. de peccatis alienis. ſerm. 36 37. 41. 42. & 72. à §. 3. In omnibus iſtis ſermonibus doctrinæ ſunt ad hunc ſcopum aptæ,

4. *Ductus eſt à ſpiritu.* An non meritò debebat vincere? Grande periculum eſt, ingredi bellum in quodam ſtatu & officio, ſine vocatione Dei. O Sacerdos! Diabolus etiam ſubit, & elevat in altum ipſius templi, ſupra pinnaculum templi. Sed hoc facit, ut de præcipitet. *Mitte te deorſum.* Agnoſcitur autem eſſe diabolus, quia elevat te ſine ſcala, imò volando elevat. Vultque ut eleveris ad uſque templi faſtigium, ut te proſternat in terram, quia Eccleſiam, & templum infra pedes ponit. *Super pinnaculum.* Vult enim, ut homo ſeſe præcipitet. *Mitte te.* Iſaias dixit: *mitte me.* Hoc ſecurum eſt, quia certa agnoſcitur vocatio. ſerm. 39. De damnis, ſi à vocatione Dei aberratur.

5. *Hæc omnia dabo tibi.* Hæc dixit diabolus, & monſtravit omnia regna mundi, *& gloriam eorum.* Hæc ſunt regna peccati, ait S. Hieron. Vide introductionem, n. 116. Eſt autem diaboli aſtutia, ut illud tantùm monſtret, quod in peccato voluptuoſum eſt. Nihil autem de malitia, & damnis, ſerm. 4. de malitia peccati, & ſerm. 5. de damnis peccati.

6. *Dic ut lapides iſti panes fiant.* In prima tentatione petit diabolus ab anima, ut panes faciat ex lapidibus peccatorum, & eſt aliquis, qui ipſum audiat? ſerm. 58. n. 38. In ſecunda tentatione petit, ut ſe præcipitet in peccatum, cùm poſſit ſperare in Dei miſericordiam. Et eſtne aliquis, qui hoc credat? ſerm. 49. §. 3. In tertia tentatione, promittit illi, qui eidem ſervit, commoda, & utilitates. Quas tamen nunquam dat? & eſtne aliquis, qui ipſi ſerviat? ſerm. 14. n. 13. & 14. ſerm. 58. n. 2.

7. *Vt tentaretur à diabolo.* Etiam Deus nos tentat, id eſt, probat nos, an anima noſtra ipſi ſit fidelis? Gen. 22. *Tentavit DEUS Abraham.* Deuter. 13. Tentat vos Dominus Deus veſter, ut palam fiat, utrùm diligatis eum an non? Sap. 3. *Quoniam Deus tentavit eos.* Quomodo conquereris de miſerijs naturæ tuæ? iſtæ ſunt providentiæ occultæ, & beneficia, ſerm. 32. & 33. De Providentijs Dei.

*Secunda die Mercurij. De ſignis.*

1. *Signum quærit.* De hac feria extat ſermo integer & completus de tribus ſignis; quibus Deus peccata deſtruit, eſtque ſermo 69. & in tempore calamitatis cujuscunque, ſerm. 63. & 74.

2. *Volumus à te ſignum videre.* Viſne ſalvari per miraculum? qua ratione Sancti ſalvi facti ſunt? vide ſerm. 13. de concluſionibus & propoſitis. Item ſerm. 45. de vitis Sanctorum,

3. *Volumus à te ſignum videre.* Dicam tibi, quænam ſint ſigna ſalutis æterna, ut videas, an illa in te inveniantur? & quænam ſigna habeas? ſerm. 48. ne ſignis prædeſtinatorum.

4. *Signum* Videre. Quæris ſignum? adeſt ſignum. vide in quonam vita tua ſimilis ſit vitæ JEſu Chriſti? ſerm. 44. de vita JEſu Chriſti,

5. *Volumus*, Dicis, ſi interrogaris, an gloriam æternam deſideres? Sed tranſeamus ad probationes, ut appareat, an illa ſis dignus? ſerm. 54. de probationibus, an quis gloriâ æternâ dignus ſit.

6. *Volumus.* Non ardet aliud lignum in inferno, niſi voluntas propria, ait S. Bernardus. Videatur illius malitia ſermone. 4. §. 2. Infernus autem. Serm. 29. Ratio eſt, quia eſt pæna æterna, Serm. 30. § 4.

7. *Generatio mala & adultera.* Adultera eſt anima hominis, ſi non operatur pro ſuo ſponſo, & opera illius adulterina, indigna ſunt merito, & præmio. Serm. 25. de bonis operibus. Sermo. 26.

8. *Adultera.* Animam peccatricem vocat DEUS adulteram, ut denotet ipſi ſummum pavorem, quem ſuſtinebit, ſi DEUS veniet ad illam judicandam. Serm. 22. à n. 7. de Judicio particulari.

9. *Adultera.* Erat priùs ſponſa magnis favoribus affecta. Jam autem vocatur adultera, ut agnoſcat, quod rationem reddet de omnibus beneficiis acceptis à DEO. Serm. 20. & 21. de obligatione beneficiorum, Item. ſerm. 33.

10. *Adultera.* Bene incepit, ſed brevi à fidelitate ſponſæ defecit ac receſſit. Serm. 60. de relapſu in peccata, radicibus illius & damnis Item ſermo. 51. de concluſionibus damnatorum, §. 5. & 6.

11. *Mala & adultera.* Cajetan, Mala propter vitia voluntatis, adultera popter errores Intellectus. Sollicité ergo curandum eſt, ne errores iſti ſequantur ex illis vitijs. Sermo. 40. de periculo fidei.

12. *Signum Jonæ*, Symbolum JESU Chriſti Domini noſtri, quia vita & mors Sanctiſſima majorem obligationem faciet peccatori, Serm. 44. Obligatio propter vitam JESU Chriſti. vide etiam ſerm. 19. §. 6. ſerm. 20. § 6.

13. Signum Jonæ. Vivus in ventre Balenæ ſepultus eſt. O quid non prædicarent nobis iſta ſepulchra, ſi ad illa præberemus aures noſtras.

14. *Viri Ninivitæ ſurgent in Judicio.* Nam cùm dies tantùm quadraginta ſpatij haberent, fecerunt illicò pænitentiam: peccator autem illam non facit, cùm tamen nec diem, nec horam habeat ſecuram. Sermo 6. 7. 8. de pœnitentia procraſtinata.

15. *Regina auſtri ſurget in Judicio.* Et accuſabit. Quàm parûm faciat peccator pro ſua ſalute æterna, cùm tamen tam ſollicitus ſit pro temporalibus, Serm. 24. ſerm. 45. Obligatio propter Sanctorum vitam.

16. *Cùm immundus Spiritus exierit ab homine.* Hic manifeſtantur damna relapſûs in peccata. Sicut videri poſſunt in ſerm. 60. de relapſu in peccata. Item ſerm. 51. §. 5.

*Die veneris, de piſcina probatica.*

1. *Eſt autem Hieroſolymis probatica piſcina, quinque porticus habens.* Joan. 5. Divina miſericordia hîc deſignatur: *Bethſaida*, Syriacé: Domus miſericordiæ. per 5. porticus, notantur quinque digiti in manu pietatis. ſerm. 52. §. 1. qui autem iſtis abutuntur, infirmi ſunt. ſerm. 10.

2. *Piſcina.* Hugo Gard. ait, hic ſignificari pœnitentiam, quæ quinque porticus habet, nimirum quinque requiſita, quæ ad confeſſionem veram & perfectam requiruntur, ſermo 55. de qualitatibus perfectæ confeſſionis.

3. *Piſcina.* Quæ erat in Jeruſalem. Caſſian. l. 5. c. 27. In civitate pacis, ſalus. Et in Eccleſia ſalus æterna. per quinque porticus etiam denotantur quinque remedia ſalutis æternæ ad conſervandam Dei gratiam, ſerm. 62. de remediis.

4. *Piſcina.* Legionenſis. Mundus iſte, eſt Hoſpitale, conſcientiarum ægrotarum; quinque porticus habet, in quibus jacent quinque genera infirmorum, qui curari volunt. ſermo. 46. de viſitatione conſcientiarum. Vide ea, quæ in fine ſermonis ſunt allegata.

5. *Piſcina.* Eſt conſcientia, quinque porticus, juxta Galfridum, ſunt 5. ſenſus, in hiſce omnibus patietur ille, qui non ſe curat in aquis pœnitentiæ. ſerm. 29. §. 5. é contrario ille autem gaudebit, & curabitur qui eosdem mortificat. ſerm. 53. §. 7.

6. *Piſcina.* Chryſoſt. ait denotari Baptiſmum verùm iſte non ſalvat eos, qui peccata habent actualia, ſi non intrent in aquas pœnitentiæ & bona opera faciant. ſerm. 54. de probationibus gloriæ. Vide ſerm. 70. §. 2. ſerm. 49. §. 2.

7. *Piſcina.* Legionenſ. ait deſignari Rempublicam, in qua eſt *multitudo magna languentium.* 1. cæcorum. Simon de Caſſia l. 5. c. 27. ignorantes veritatis, & doctrinæ. ſerm. 70. §. 3. 2. Claudorum, qui habent quidem fidem, ſed alterum pedem Charitatis non habent. 3. *Aridorum.* qui ſteriles ſunt in operibus meritorijs. ſerm. 40. §. 1. ſerm. 25. §. 3. Hi ſine pœnitentia non ſanantur. ſerm. 7. §. 2. Ad aquas, & quidem citò. Quia non eſt hora ſecura. ſerm. 6.

8. *Languentium.* Primò cæcorum Hug. Card. Peccatores, qui ignorant myſteria. ſerm. 70. §. 3. reliqui duo claudorum, qui ſunt inconſtantes in ſuis propoſitis. ſerm. 51. §. 5. &

5. & 6. & tres aridorum, qui carent miſericordià, Serm. 73. à §. 1. Omnes iſtos exſpectat Clementia DEI, ut eos ſanet, ſerm. 10. §. 2.

9. *Exſpectantium.* Quid expectas, quid tardas? in craſtinum? O cras! ſ. 6. & 7. Exſpectas usque ad mortem? hæc pœnitentia parùm ſecura eſt. ſ. 8. ingentes habet difficultates. ſ. 9. ſ. 68. §. 5.

10. *Erat quidam homo ibi.* Paraliticus. ſine motu. Talis eſt peccator, propter ſuos malos habitus, & conſuetudines. ſ. 11. de damnis pravæ conſuetudinis.

11. *Triginta & octo annos.* Ecce quomodo numerantur anni infirmitatis? Sciat peccator, quòd certi numeri annorum & peccatorum determinati ſint, quibus illum DEUS exſpectet. Sermo. 12. de numero peccatorum.

12. *In infirmitate ſua.* Sua? Ita eſt. quia hanc tenebat propter ſua peccata: Sic Chryſoſt. Irenæus, Cyrillus, Caſſianus. Auguſtinus. Serm. 63. & ſequentes, usque ad 74. ubi adnotantur variæ cauſæ calamitatum.

13. *In infirmitate ſua.* Sua? Ita eſt, quia etiam ſunt peccatores infirmi propter peccata aliena. Sermo. 28. Obligatio propter peccata aliena. ſerm. 36. de conſequentijs variorum peccatorum. Et ſ. 37. de damnis peccatorum.

14. *Vis ſanus fieri?* Eris; ſicut fuiſti; ſi quæris ſalutem: obtinebis: hanc enim divina miſericordia tibi offert. ſermo. 1. invitatio ad miſericordiam. Vide etiam ſ. 10. & 52.

15. *Vis ſanus fieri?* Anne dubitas? Ita eſt. Bertarius q. 4. Novi teſtam: *voluit indicare, adeo peccatorem ſibi in peccati conſuetudine complacere, ut jure vertatur in dubium an velit à peccatis liberari.* ſ. 11. de damnis malæ conſuetudinis.

16. *Vis ſanus fieri?* non eſt quærendum, fieri enim poteſt, ut non velit. Impudicus enim in occaſione peccandi, ô quantas affert excuſationes, quòd eas deſerere non poſſit? ſermo. 58. de occaſione peccandi, & excuſatione.

17. *Hominem non habeo.* Rupertus l. 5. in Joannem. Sine homine, ſine confeſſario non eſt ſalus, ſi potes confiteri. ſermo 7. §. 1. vide ſerm. 55. de qualitatibus bonæ confeſſionis.

18. *Vis ſanus fieri?* cur eum interrogat? ut nimirum incipiat; ſtatum ſuum periculoſum & malum agnoſcere. ſermo. 5. de damnis peccati. Abbas Chærem. *interrogatione, ut ſperet, hortatur.* ſerm. 10. de miſericordia.

19. *Hominem non habeo.* Ita clamant respublicæ, animæ, & familiæ integræ contra omiſſiones, & negligentiam ſuperiorum, ſacerdotum, & Patrumfamilias. ſerm. 27. à §. 5. ſ. 28. §. 6. ſ. 35. & 34. vide etiam Introductionem. ſ. 72. n. 24.

20. *Erat homo ibi.* Ibi, ubi tot ac tanti ſanitatem recuperant, iſte inveteratus in ſua infirmitate manebat? quia ſe aquæ non immiſit. Iſte eſt, qui ſponte ſua in confeſſione peccata reticet, ſerm. 56. de integritate confeſſionis. Grandis eſt hæc obligatio. ſerm. 44. & ſerm. 61. §. 6.

21. *Vis ſanus fieri?* Omnes dicunt ſe ſalutem æternam quærere: verùm videamus, an ſe diſponant ad illam conſequentam? ſerm. 54. de probationibus ad gloriam, & ſerm. 48. de ſignis prædeſtinatorum.

22. *Hominem non habeo.* Lamentatio hæc eſt communis, Pauci plorant: *Deum non habeo.* Quia non conſiderant hoc, quod eſt, Deum perdere propter peccata. ſ. 4. de malitia peccati. Hoc enim eſt perdere Deum omni tempore. ſ. 29. 30.

23. *Surge.* Hæc eſt contritio. *Tolle grabatum tuum.* Hæc eſt confeſſio. *Et ambula.* Hæc eſt ſatisfactio. Videantur hæc tria, in ſerm. 55. de qualitatibus veræ confeſſionis.

24. *Surge.* De periculo; tolle *grabatum tuum.* Relinque occaſionem. *Et ambula.* Paſſibus bonorum operum, ut ſalutem tuam perficias. ſ. 62. Remedia perſeverantiæ.

25. *Non licet tibi.* Hugo Cardinalis. Vix converſus eſt homo ad Deum, jam invenit, qui eum perſequatur, cùm tamen per 38. annos nemo fuerit, qui illi loqueretur, de lecto peccati ſui. Miſeri ſunt illi, qui juſtum perſequuntur, reddent rationem. ſ. 36. & 37. ſ. 72. à §. 3.

26. *Ecce ſanus factus es.* Time majus malum ſi iterum peccabis. ſ. 60. de relapſu, & ſ. 62. de remedijs perſeverantiæ.

### *Dominica II. de transfiguratione.*

1. *Aſſumpſit JESUS Petrum.* Matth. 17. Grandis eſt conſolatio, aſſumi à JESU: non autem, aut ab ambitione, aut à commodo proprio. ſ. 39. De damnis, ſi aberretur à vocatione.

2. *Petrum & Jacobum & Joannem.* Ex duodecim, ſolos tres accipit. Rabbanus. Ut oſtendat, velut in ſymbolo, paucos fore ſalvos. Serm. 47. de numero ſalvandorum.

3. *Petrum.* Quare non etiam reliquos? Damaſc. ut Judam non aſſumat. Iſte reliquos hoc honore privavit; quis ergo Judas eſt? malus Chriſtianus quicunque. ſ. 37. de damnis ſpiritualibus.

4. *Petrum & Jacobum & Joannem.* Quare iſtos? propter id quod ſignificant. Joannes. *Gratia.* Sine hac non habetur gloria. ſerm. 25. §. 3. Jacob. *Lucta.* contra appetitus pravos. ſerm. 54. §. 4. num. 16. Petrus, firma petra, *perſeverantia.* ſerm. 62. à num. 1.

5. Ad ſacerdotes. *Duxit illos.* Sacerdos. Hug. Card. *ſacer dux.* Obligatio illius eſt, homines ducere, verbis, & exemplis,

ſerm. 27. à §. 2. ſermo 34. à §. 2. ſerm. 37. §. 7. ſermo 38. §. 4.

6. *Duxit illos.* Sicut ſuperior, & paterfamilias. ſerm. 35. Conſequentiæ Patrum. Vide ſerm. 27. & 34. de Conſequentijs ſuperiorum.

7. *Transfiguratus eſt.* Oſtendit partem gloriæ, animæ ſuæ ſanctiſſimæ, ut excitet diſcipulos ſuos, & per diſcipulos omnes alios ad laborandum gnaviter, ſerm. 53. de gloria æterna.

8. *Transfiguratus eſt.* Sol erat in vultu, & circa occaſum nubes. *Ecce nubes.* Ros autem in voce Patris. *Ut ros eloquium meum.* Forma Iris, cum tribus coloribus. *Candido.* miſericordia in Moyſe. *Rubro*, in Elia, nam Juſtitia timenda eſt. *Viridis* autem color erat in JESU propter ſpem, inter Moyſem & Eliam, ſerm. 10. n. 14.

9. *Facies ejus ſicut ſol.* Veſtitus erat ſicut nix, quare non potiùs contrarium? Quia perſona, nempe ſol debet nivem veſtitus extinguere, non autem veſtis perſonam. ſermo 41. de Conſequentiis veſtium, & habitus.

10. *Moyſes & Elias.* Quare hi veniunt? ut informent de illis, pui beatitudinem prætendunt. Lex, & prophetæ, ſerm. 54. de probationibus pro gloria.

11. *Moyſes & Elias.* Unus vivus, & alter mortuus. D. Thomas 3. p. q. 45. art. 3. ut oſtendant JEſum eſſe Judicem mortuorum & vivorum, ſermo 31. de Judicio. In Judicio vivat Juſtitia Elias, & moriatur miſericordia. ſerm. 19.

12. *Moyſes & Elias.* Quare iſti? propter peccatorem, qui non timet nec minas prophetarum, nec legem cuſtodit, ſerm. 73. Obligatio propter legem Dei,

13. *Moyſes & Elias.* Quare iſti? propter peccatorem, ut illum confundant vitâ ſuâ ſancta, & exemplo, ſerm. 45. Obligatio propter vitas Sanctorum.

14. *Ipſum audite.* Ait vox Patris. *Ipſum*, non mundum, dæmonem, carnem, aut falſos prophetas, ſerm. 49. de vanis ſpebus Peccatoris.

15. *Ipſum audite.* Non ſolum vocem, & doctrinam, ſed *ipſum* vitàmque ejus Sanctiſſimam propter imitationem, ſerm. 44. de vita JESU Chriſti.

16. *Timuerunt valde.* Si adeo timent Apoſtoli, dum audiunt vocem Dei ſuavem, quid erit in Judicio, ſi peccatores audient vocem Dei terribilem? ſermo 22. Judicium de cogitationibus.

17. *Faciamus tria tabernacula.* Luc. 9. *Neſciens quid diceret*, quare? volebat dividere Eliam de Moyſe, debent autem eſſe conjunctæ Juſtitia & miſericordia, ſerm. 10. de temeraria confidentia.

18 *Faciamus tria tabernacula.* Luc. 9. *Neſciens quid diceret.* Quare? erat ſymbolum eorum, qui quærunt habitationem in terra, cùm tamen ad cœlum creati ſint, ſerm. 3. de fine hominis.

19. *Faciamus.* Luc. 9. *Neſciens*, quare? Audivit, quòd de morte agerent, & in Ejus conſpectu (*dicebant exceſſum*) petere commoditates terræ? *Neſciens*, ſerm. 17. de mortuis.

20. *Neminem viderunt.* Ad aſpectum æternorum, diſparet omne temporale. Serm. 18. de momento, unde pendet æternitas.

21. *Ceciderunt in faciem ſuam.* Cùm audirent vocem de cœlo. Ceſſavit Petrus in ſua præhenſione, ante conſternat, & attonitum facit labor? Eſt vox cœleſtis, ut videas, quid ſit amor terrenus, ſerm. 33. de beneficiis occultis, ſerm. 3. §. 8.

22. *Hic eſt filius meus.* Æternus pater dicit hoc cum complacentia, dum Sanctitatem filij ſui intuetur. Parentes autem mali dicent hoc cum ira & rabie, cum viderint filios ſuos malos ex ſua culpa. ſerm. 35. de Patribusfamilias.

*Die Mercurij, de duabus ſedibus in cælo.*

1. *Tunc acceſſit Mater filiorum Zebedæi.* Matth. 20. *Tunc*, quando? dum diceretur: *condemnabunt eum morte.* Propterea dictum eſt. *Neſcitis.* Dum in conſpectu mortis, gloriam prætenditis & honores. ſerm. 17. Ex mortuis diſcendum eſt, & ſapiendum. Item ſerm. 14. 15. 16.

2. *Neſcitis quid petatis.* quare? *petens aliquid.* Putant enim, quòd res iſtæ terrenæ ſint *aliquid.* ſerm. 18. §. 2. ſerm. 14. de fluviis Babyloniæ.

3. Mater filiorum Zebedæi. Bona Mater, erant enim legitimi illius filij. ſerm. 38. §. 7. contra adulterium, & illius damna. ſermo. 46. n. 17. Vid. etiam in Indice Rerum. *Luxuria.*

4. *Dic ut ſedeant.* Quanta cura & ſollicitudo pro bono filiorum temporali, & quam parva de bono ſpirituali? ſerm. 35. de Patribusfamilias. Vide in Indice. *Patres filij.* & ſerm. 24.

5. *Neſcitis quid petatis.* Quare? petunt titulo parentum, ſedes autem gloriæ dantur ijs, qui per bona opera illas merentur. ſerm. 54. de probationibus pro gloria, & Serm. 48. de ſignis prædeſtinationis.

6. *Poteſtis bibere calicem.* Petunt illi ſedes gloriæ, & Chriſtus interrogat eos, an poſſint bibere calicem? Commoda enim hujus terræ, ſunt calix amaritudinis, ſciant ergo, quòd petant calicem, dum petunt ſedes honoris. ſerm. 14. de fluviis Babyloniæ.

7. *Poſſumus.* Quàm generose reſpondent? audiverant enim, *tertia die reſurget*, quia poſt paſſionem, ſequitur gloria, & hæc felicitas animat illos ad patiendum, Serm. 53. de gloria æterna,



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

8. *Neſcitis quid petatis.* Quare? quia officia, ſtatus, & gradus non ſunt accipiendi ſine vocatione Dei. Illi autem petunt, & tamen non ſunt vocati, hinc dicit illis: *neſcitis*. ſerm. 39. de errore in vocatione.

9. *Quem ego bibiturus ſum.* Poteſtisne imitari vitam meam? meam paſſionem, & mortem? ſic enim obtinebitis ſedes æternas. ſerm. 44. de vita JEſu Chriſti.

10. *Poſſumus.* Iſtud, *poſſumus* Sanctorum accuſat excuſationes illorum, qui dicunt, ſe non poſſe progredi in via ſalutis. ſerm. 45. de vita Sanctorum. ſerm. 58. §. 4. & ſerm. 24.

11. *Neſcitis.* quare? *Adorans & petens.* Adorat, ut conſequatur honores mundi. Motivum hoc vitioſum, aufert meritum operum bonorum, ſerm. 25. de bonis operibus. & ſerm. 26.

12. *Non eſt meum dare vobis.* Cyrillus l. 10. theſaur: non *enim dabo morbum alicui.* Miſericordia eſt, illud negare, quod alicui non convenit. ſerm. 3. §. 8. ſerm. 32. 33. ſerm. 78. §. 4.

13. *Sed quibus paratum eſt.* Dices, in DEI manu eſſe, quod de te ſtatuendum eſt, verum eſt: ſed tu in operibus tuis monſtra, quòd in manu DEI ſit, te ſalvare. ſerm. 48. de ſignis Prædeſtinationis.

*Die Veneris, de Vinea.*

1. *Homo erat paterfamilias, qui plantavit vineam.* Matth. 21. Vinea eſt anima. Ant. de Pad. plantata, & culta à Deo. ſerm. 2. de anima. O quantos labores illi adhibuit, quantum rigavit, ut fructum ferat? ſerm. 20. 21, 32. 33.

2. *Sepem circumdedit ei.* Lex Dei eſt ſeps, & cuſtodia, quæ illam cuſtodit, & illum, qui vineam excolit. ſerm. 48. §. 3. videamus, quomodo hæc cuſtodia facta ſit, ſerm. 23. obligatio Legis divinæ.

3. *Sepem.* S. Hieron. hic, & in Iſaiæ. 5. Cuſtodia Angelorum, ad tutelam Eccleſiæ, Angeli, Sancti, ad cuſtodiam hominum. Peccator autem ad deſtruendum, ſuo malo exemplo. ſerm. 72. à §. 3. ſerm. 28. de peccatis alienis.

4. *Sepem circumdedit.* Eſt cuſtodia conveniens in minoribus, ut non cadamus in majora. Abuſus rumpunt cuſtodiam cum conſequentiis pernicioſis. ſerm. 42. conſequentiæ ex abuſu.

5. *Ædificavit turrim.* Patrocinium Sanctiſſimæ Virginis Mariæ, ut illud ſecutum habeas, debes etiam de tuo apponere. ſerm. 71. ſer. 75. Serm. 81. ſerm. 48. §. 9.

6. *Miſit ſervos ſuos.* Prædicatores, quomodo profeciſti ex illorum doctrina, concionibus, admonitionibus, & minis? ſerm. 61 Obligatio ex ſermonibus, & concionibus.

7. *Miſit ſervos ſuos,* Quam magna Miſericordia dei eſt, quòd mittat miniſtros ſuos, ad quandam rempublicam, pro remedio animarum. ſerm. 1. publicatio Miſſionis.

8. *Miſit ſervos ſuos.* Inſpirationes, calamitates, ſunt ſervi Dei, qui veniunt, ut fructum petant ab anima tua. ſerm. 51 de miſericordia. ſerm. 3. §. 8. ſerm. 78. §. 2. ſerm. 32. 33. ſerm. 21.

9. *Miſit ſervos ſuos.* Sanctos, tanquam exemplaria, ut evertat excuſationes peccatorum, qui in cultura animæ ſuæ nihil laborant. ſerm. 45. de vita Sanctorum.

10. *Alium ceciderunt, alium occiderunt.* Malè agit peccator, cum divinis admonitionibus, cum ſuis excuſationibus, ſed illæ valebunt in Judicio, quia ibi videbit illas evaneſcere. ſerm. 24. & ſerm. 58. de excuſationibus inhoneſtorum.

11. *Miſit ad eos filium ſuum.* Per imitationem vitæ illius ſciat Chriſtianus, quòd propterea reddet rationem in die Judicii. ſerm. 44. de vita JESU Chriſti.

12. *Venite occidamus eum.* De illis, qui alios ad peccandum ſollicitant, ipſorum malitia, damna, judicium; obligatio, ſupplicium & pæna. ſerm. 36. 37. de damnis ſpiritualibus. ſerm. 72. à §. 3.

13. *Habebimus hæreditatem ejus.* Petisne glòriam tanquam hæreditatem? Datur iſta ſicuti corona & merces illis, qui pugnant & laborant. ſerm. 54. de probationibus pro gloria.

14. *Quid faciet agricolis illis?* Terribilis eſt obligatio Sacerdotum, & ſuperiorum, qui in domini vinea laborant, ſi pro eo, quod illi labores ſuos deberent conſecrare, eandem potiùs deſtruant ſua negligentiâ & malo exemplo. ſerm. 34. & ſerm. 27. & 28.

15. *Quid faciet agricolis illis?* Quid habent, quod expectent Patres illi familias, ſi Deus petet ab iis rationes ſuper vineas domuum ſuarum? ſerm. 35. de Patribusfamilias, & ſerm. 27. de variis ſtatibus.

16. *Malos malè perdet.* Ipſimet ſententiam ferent contra ſe, non opus habet peccator alio accuſatore, quàm ſuis propriis operibus. ſerm. 24. Obligatio ex ipſis operibus. Vide etiam. ſerm. 9 §. 4.

17. *Quid faciet agricolis illis?* Non erit ulla pœna, quæ non ſit nimis parva pro ingrato, ſerm. 79. 83. 84. 85. in omnibus iſtis fusè tractatur, de gratitudine & ingratitudine.

18. *Auferetur à vobis regnum Dei.* Propter mala opera, poteſt etiam tandem fides & religio perdi, ſicut accidit Judæis. ſerm. 40. de periculo fidei.

19. *Quid faciet?* Id ipſum; quod facit vinitor, ſi in vinea ſua invenit ſarmenta ſterilia, & ſiccos palmites, faciet ex illis faſciculos, ad comburendum. ſerm. 50. de faſciculis.

*Dominica III. de dæmonio muto.*

1. *Erat JEſus ejiciens dæmonium, & illud erat mutum.* Luc. 11. Verbum illud, *erat*, ſignificat detentionem. Etiam in JESU Chriſto? Ita. Nam & aliud *erat* invenitur. Nimirum conſuetudo prava, ſerm. 11. de prava conſuetudine.

2. *Erat.* Denotat perſeverantiam in opere. Ut doceat nos perſeverare in bono propter ſalutem æternam. ſerm. 62. De perſeverantia. ſerm. 60. de relapſu. ſerm. 85. §. 4.

3. *Erat mutum.* Tertull. Chryſoſt. Euth. dicunt fuiſſe etiam cæcum & ſurdum. Talem, dæmonium, facit eſſe peccatorem. Vis ſanus fieri? Gras, O cras! ſerm. 6. 7. 8. de confeſſione procraſtinata.

4. *Erat mutum.* Spec. Exempl. Ubi dæmon. dixit, vocari ſe *claudens ora.* In peccatore quidem hoc officium facit pudor, qui ipſum impedit, ne integré confiteatur. ſ. 56. de integritate confeſſionis.

5. *Locutus eſt mutus.* Antè enim mutus erat, poſtea locutus eſt. Cùm ejeciſſet dæmonium. Dum occaſionem deſeruit, ut ſecuram faceret confeſſionem. ſ. 58. de occaſione proxima inhoneſta.

6. *Locutus eſt mutus.* Quomodo loqui decet peccatorem? Ut æternam ſuam ſalutem ſecuram faciat. ſ. 55. de qualitatibus veræ & bonæ confeſſionis. ſ. 57. de Confeſſione Generali.

7. *Locutus eſt mutus.* Tolet. Verba laudis; & gratitudinis, poſtquam dæmomium domum cordis ejus deſeruit. ſ. 75. vide etiam ſ. 85. de legibus gratitudinis.

8. *Erat mutum.* Græcè legitur quietum, cum quiete, & cum dæmonio? non conſiderantur mala peccati, & propterea non deplorantur. ſ. 4. de malitia, peccati. ſ. 5. de damnis peccati.

9. *Signum de cælo quærebant.* An ſigna quæritis? ſufficientia vobis ſigna dedit divina providentia, ut poſſis conjecturare ſalutem tuam. ſ. 48. de ſignis prædeſtinatorum. Vide hic diem Mercurii ſecundum.

10. *Admiratæ ſunt turbæ.* Alii autem occaſionem ſumſperunt blaſphemandi. Itàne una irrigatione irrigatur arbor ſterilis, & altera fructifera? Ex hoc ipſo ſterilitas unius. ſ. 45. de vita Sanctorum.

11. *Regnum in ſe diviſum deſolabitur.* Nimirum regnum malè ordinatum, ubi appetitus imperat, & ubi ratio obedit. ſ. 3. de anima, vid. ſ. 24.

12. *Regnum in ſe diviſum deſolabitur.* Peccata ſunt, à quibus regna deſtruuntur. ſ. 63. uſque ad 74. ubi annotantur variæ cauſæ publicarum calamitatum.

13. *Regnum in ſe diviſum deſolabitur.* Peccata, in quam, pluribus regnis cauſa fuerunt, ut Deus ipſis, etiam fidem eripuerit. Timeat Hiſpania! ſ. 40 de periculo fidei.

14. *Qui non eſt mecum, contra me eſt.* Omiſſio & negligentia ſuperiorum, Sacerdotum, & Patrumfamilias bellum facit JESU Chriſto, & impugnat Eccleſiam. ſ. 27. & 28. & ſ. 34. & 35.

15. *Cùm immundus ſpiritus exierit.* Hic tanguntur damna relapſus in peccata, de quibus habetur ſermo integet ſupra hæc verba, qui eſt 60. de relapſu, videatur etiam ſermo 62.

16. *Extollens vocem quædam mulier.* Una inter tantos? O quàm pauci ſunt, qui vexillum Chriſti ſequuntur? adeò prævalet opinio eorum paucorum, qui creduntur ſalvari, ſerm. 47. de numero ſalvandorum.

17. *Beatus venter, qui te portavit.* De Maria ſanctiſſima ſermones habentur varii, ſerm. 71. ſerm. 75. ſerm. 81. devotio erga illam eſt ſignum prædeſtinationis. ſerm. 48. § 9.

18. *Beati, qui audiunt verbum Dei, & cuſtodiunt illud.* Non ſatis eſt audire verbum Dei propter fidem, niſi etiam cuſtodiatur Lex Dei ſanctiſſima. ſ. 73. Obligatio legis ſervandæ ſerm. 48. §. 3.

19. *Ingreſſi habitant ibi.* Quomodo? Si anima tota eſt pura? *Scopis mundabam.* Etiam poſtquam culpa condonata eſt, adhuc timendum eſt, ſerm. 43. Conſequentiæ ex ſe ipſo.

*Die mercurii, de Traditionibus hominum.*

1. *Quare diſcipuli tui transgrediuntur traditiones ſeniorum?* Matth. 15. Obſervant Cæremonias, contemnunt mandata Dei? Leges mundi. ſerm. 24. Obligatio peccatoris de ſuis operibus propriis.

2. *Quare & vos transgredimini mandatum Dei?* Non eſt ſané ulla ratio, ut Deus offendatur. ſerm. 4. de malitia peccati, ſ. 5. de damnis peccati.

3. *Quare & vos?* Convincit ſuperſtitioſos iſtos, lege ipsâ, quam contemnunt, & arguet peacatorem in Judicio per legem. ſermo 23. Obligatio legis Dei.

4. *Quare & vos?* Cur paccatis? Afferre illud, quod volebatis, quia in Judicio vos invenietis convictos. ſ. 33. de obligatione beneficiorum occultorum.

5. *Quare & vos?* Ad unum quare, ſequitur alterum quare, videat ſacerdos & ſuperior, quomodo vivat, ut ille, qui ab ipſo reprehenditur, non objiciat alterum, *quare* ſerm. 27. 28. 34. 35.

6. *Quare diſcipuli?* Videtur eſſe Zelus, & eſt invidia propter hoc: *cor eorum longè eſt à me.* Id quod in Judicio patebit, ubi intentiones malæ apparebunt, etiam in operibus bonis. ſ. 25. Examen operum. Videatur ſerm. 26.

7. *Omnis plantatio, quam non plantavit Pater meus cæleſtis, eradicabitur.* Vide quis te in ſacerdotio plantaverit. ſ. 39. de Errore in vocatione.

8. *Sinite illos, cæci ſunt, & duces cæcorum.* O quanta damna facit cæcitas ſuperiorum, & Patrumfamilias? ſ. 35. ſ. 27. 28.

9. *Sinite illos cæci ſunt, & duces cæcorum.* Malitia eorum, qui cum ſint cæci peccatores, alios ducunt ad peccata. Obligatio terribilis! ſ. 28. de peccatis alienis, ſ. 36. 37. ſ. 72. § 3.

10. *Ambo in foveam cadunt.* Ille qui provocat,

cat,& qui provocatur. Sicut erant complices in culpa, ita erunt ſocii pœnæ. ſermo. 51. de faſciculis damnatorum.

11. Quare & vos? Conquereris de dæmonio; propter tuam naturam? quare? quærere de te ipſo. ſerm. 6.

12. Quare? & alterum, *quare.* O quàm Zeloti ſumus & ſollicitudine pleni, in eo, quod corpus concernit, & interim de anima? ſerm. 24.

*Die Veneris, de Samaritana.*

1. *JESUS ergo fatigatus ex itinere.* Joan. 4. Hugo Card. *fatigatus onere, clamore, & itinere.* Gravitas peccatorum noſtrorum. ſer. 1. §. 6. Clamor, quo nos ad ſe vocat. ſerm. 11. Itinera & viæ, per quas nos quærit, & indagat. ſerm. 20. De Beneficiis.

2. *Sedebat ſic*: Quomodo ſic? Anton. de Padua. *Sedes? quia benignè & patienter expectas.* Noli abuti hæc miſericordiâ, qua te Deus expectat. ſerm. 10. De ſpe temeraria. Item ſerm. 52.

3. *Fatigatus*, Et mox. *Sedebat.* Propter defatigationem ſuccedit requies. Noli credere te ad requiem æternam venturum, niſi in Pœnitentia, & bonis operibus labores. ſerm. 54. de probatione ad Gloriam.

4. *Sedebat.* Quare? dexter & peritus venator, ſedet in loco ſuo, dum vult venari animam. Scit venturam illam ad fontem & ibi illam expectat, ut ſua fatigatione eandem convincat, quantum homines laborent propter temporale. ſerm. 24. Obligatio ex ipſis operibus.

5. *Supra fontem. Mulier ipſum vocat puteum. Puteus altus eſt.* In puteo autem hauritur aqua cum difficultate. Dominus autem vincit difficultatem, & facit fontem. O miſericordia! ſerm. 1. invitatio ad miſericordiam.

6. *Hora erat quaſi ſexta.* Anton. de Pad. Sex horas habet peccator. *Suggeſtionem, cogitationem, delectationem, conſenſum, propoſitum, perpetrationem.* Veni, quia duodecim horas dies habet, antequam tibi nox adveniat. ſerm, 7. 8. 9. de non differenda pœnitentia.

7. *Hora erit quaſi ſexta.* Adnotatur hora, ut peccator non ſinat illam præterire. Quia non eſt ulla hora ſecura. ſerm. 6. de lucro temporis ad pœnitentiam faciendam.

8. *Hora erat quaſi ſexta.* Notatur hora, ut advertat peccator quod dies & horæ ſignatæ ſint, ad eum expectandum. ſerm. 12. de numero dierum.

9. *Hora erat quaſi ſexta.* Dum JESUS venit ad convertendam Samaritanam. Ut ſciat peccator, quôd rationem ſit redditurus de beneficiis, quæ Deus ipſi contulit ad ſui converſionem. ſerm. 20. 21. & 61.

10. *Venit mulier.* Venire debet anima, quia jam venit JESUS. Quia & ipſa ſuam partem debet contribuere: Ut veniam & gratiam impetret, & gloriam. ſerm. 54. probationes ad gloriam. Videatur ſermo 1. § 8.

11. *Venit mulier.* Dum minimé cogitaret, invenit ſuam felicitatem. Grandis miſericordia Dei. Quærere peccatorem, dum ille minimè recordatur animæ ſuæ. ſerm. 1. Invitatio ſerm. 21. §. 8. ſerm. 61. §. 3.

12. *Venit mulier haurire aquam.* O quantis laboribus ſtant bona mundi? alii vadunt ad puteum pro honoribus. Alii pro divitiis alii pro voluptatibus. ſerm. 14. De fluviis Babyloniæ.

13. *Da mihi bibere.* Aquam petit. Sed ſitit animam illius. Ant. de Pat. *Ego te ſitio ad ſalutem.* Cor ſit ſicut aqua. Confeſſio ſit clara. ſerm. 55. Sicut aqua, quæ nil ſibi reſervat. ſerm. 56. de Integritate confeſſionis.

14. *Da mihi bibere*, Da Domino bibere, dum cor tuum eſt inſtar aquæ. Antequam indureſcat in Chryſtallum per pravam conſuetudine, ſerm. 11. De mala conſuetudine.

15. Venit JEſus in civitatem Samariæ. Relinquit Judæos, propter mortem Joan. Baptiſtæ, & vadit ad Gentiles. Timeat ſibi Hiſpania, ne Deus ipſi fidem auferat, propter ſua peccata. ſerm. 40. de periculo fidei.

16. *Quomodo tu Judæus cùm ſis.* Ubi eum agnovit? Ant. de Padua. Tam in ſermone, quàm in veſtitu. Vide an veſtis tua talis ſit, ut inde colligatur te eſſe Chriſtianum. ſerm, 41. de veſtitu profano.

17. *Quomodo tu Judæus cùm ſis.* Quàm obſervans erat cæremoniæ? & erat in occaſione proxima? Zelus in rebus minoribus, arguit defectum in majoribus. ſerm. 24. obligatio ex ipſis operibus.

18. *Si ſcires donùm Dei?* Si conſideraſſes, quid ſit eſſe in gratia Dei? & quæ ſint damna in peccato. Longé alio modo viveres, quam nunc vivis. ſerm. 5. de damno peccatorum.

19. *Quomodo tu Judæus cùm ſis.* Ant. de Pad. *Nota, peccator ſe excuſat ratione fragilitatis, difficultatis*, &c. Videamus iſtas excuſationes apud inhoneſtum. ſerm. 58. De occaſione proxima, & ſuis excuſationibus.

20. *Tu forſitan petiiſſes.* Dubié loquitur. Forſitan? nam ſtatus malus demit peccatori animum petendi. Et quamvis etiam veniam obtinuerit, confidentiam habet exiguam. ſerm, 43. Conſequentiæ in ſe ipſo.

21. *Qui biberit ex aqua hac, ſitiet iterum.* Prat. flor. *Bona mundi non ſatiant.* Nemo alius animam ſatiare poteſt, quàm ſolus Deus. ſerm. 3. de fine hominis.

22. *Sitiet iterum.* Honores, divitiæ, & voluptates mundi non ſatiant; ſed augent ſitim, fatigationem, & periculum. ſerm. 14. De fluviis Babyloniæ.

23. *Fons aquæ ſalientis in vitam æternam.* Omnino in hoc fonte ſatiat anima ſitim ſuam. Et digna eſt, ut pro ea conſequenda laboret. ſerm. 53. De gloria æterna.

24. *Vade voca virum tuum.* S. Auguſt. Ant. de Pad. *Intellectum tuum.* Conſidera ſtatum tuum malum. ſerm. 45. Conſidera periculum æternum. ſerm. 30.

25. *Non habeo virum.* Jam confitetur, habet Samaritana propinquum remedium, hinc confitetur culpam ſuam ſerm. 55. De qualitatibus bonæ & veræ confeſſionis.

26. *Ut video, propheta es tu.* Unde cognovit? nam cùm honeſtè veſtita incederet, tamen ipſi ſtatum ſuum malum confeſſa eſt, quem Chriſtus ipſi manifeſtavit. Hic autem videtur neceſſarium eſſe, ut quis ſit propheta, quænam bonæ ſint. Nam omnes profano habitu incedunt. Serm. 41. De veſtitu & habitu.

27. *Reliquit hydriam.* Quampirmum fuit illuminate, non ultra diſtulit ſuam converſionem. Erubeſce, & time, tu qui illam differs de die in diem. Serm. 7, & 8. De pœnitentia dilata.

28. *Reliquit hydriam,* Cogita vas fragile vitæ tuæ! dum ita in peccata laberis. Serm. 15. De miſeriis hujus vitæ.

29. *Reliquit hydriam.* Reliquit eam, antequam illam impleret. Væ tibi! ſi tamdiu expectas, usque dum menſura peccatorum tuorum impleatur. Serm. 12. De menſura, & numero peccatorum.

30. *Reliquit hydriam.* Deſeruit occaſionem cur etiam tu occaſionem non deſeris peccati? Variæ excuſationes inhoneſtorum, & reſponſa. Serm. 58. De occaſione proxima, & illius excuſationibus. Serm. 62. §. 4.

31. *Reliquit hydriam.* Non ſolum reliquit culpas, ſed etiam earum circumſtantias, & dependentias, & habitus malos, ſignificatos, per antliam, & per funes. Serm. 43. Conſequentiæ in ſe ipſo.

32. *Reliquit hydriam.* Dices mihi, ſicut ſe convertit mulier hæc, poſtquam multo tempore malè vixit, ita & te poſt certum tempus pœnitentiam acturum. Mala illatio! Serm. 13. Concluſiones de timore Dei.

33. *Venite, & videte hominem.* Jam prædicat! Ant. de Pad. *Vitâ Exemplari.* Accuſabit in Judicio impœnitentiam peccatorum. ſerm. 45. De vita Sanctorum.

34. *Venite.* Illa, quæ prius malo exemplo præceſſit, jam bonum dat. Hæc eſt obligatio illius qui malum exemplum dedit. Aut timere debet Judicium, & pœnam. Serm. 28. de peccatis alienis. S. 36. Variæ conſequentiæ.

*Dominica IV. De panibus & piſcibus.*

1. *Sequebatur eum multitudo magna.* Joan. 6. Quare ſequuntur? Palud. Vinc. Ferrer. Aliqui propter cibum. Alii ex curioſitate. Alij propter calumnias, Alij amore ſalutis. Alij amore JESU. Non ſatis eſt eſſe opus bonum, niſi etiam finis ſit bonus. Serm. 25. De bonis operibus.

2. *Sequebatur.* Ad quem finem tendit? quare hunc ſtatum & officium ſuſcepiſti? ad fines falſos & iniquos, ſerm. 27. De ſtatibus. ſerm. 39. De damnis, quando aberratur à vocatione ad ſtatum, aut officium.

3. *Sequebatur eum.* Nihil neceſſarii illis deerit, qui ſequuntur, & obediunt Domino, & qui deſerunt civitatem peccati. ſerm. 58. De occaſione proxima peccati.

4. *Sequebatur eum.* Qui vult ſecurum reddere ſibi panem ſuæ gloriæ, ſequatur Jeſum, per imitationem vitæ ſuæ ſanctiſſimæ,

5. *Sequebatur eum.* Cum perſeverantia trium dierum, & propter hoc habuerunt refectionem perfectam, quid ſperabit ille? qui modo ſequitur, modò iterum terga vertit. ſerm. 60. De relapſu.

6. *Sequebatur eum,* Tres dies. Contritio, confeſſio, ſatisfactio. Ita ſe parare debet, qui vult comedere panem gratiæ. ſerm. 55. De confeſſ.

7. *Sequebatur eum.* Non mundum, non dæmonem, non carnem, quæ nihil aliud dat, quam difficultates & miſerias, & ponit in periculo ſalutis æternæ. ſerm. 14. De fluviis Babyloniæ. Vid. ſerm. 49. De vanis ſpebus.

8. *Unde ememus panes?* Quare non creat de natura? Fabr. *Quia vult nos ſibi cooperari.* Videamus ergo, quid feciſti in ex parte tua pro gloria conſequenda, quam deſideras? ſerm. 54. De probationibus pro gloria.

9. *Unde ememus panes?* O quot ac quanti interrogant dæmonem, tanquam ſi providentia Dei non eſſet, cui deberent obedire, & illum ſequi. ſerm. 58. De occaſione proxima.

10. *Eſt puer unus hic, qui habet quinque panes.* Palud. quinque partes pœnitentiæ: quæ ſunt contritio, confeſſio, jejunium, oratio, eleemoſyna. ſerm. 55. De quinq; qualitatibus bonæ confeſſionis. Vide diem veneris. 2. De 5. porticibus.

11. *Quinque panes.* Pallud. quinque verba quæ ſunt. Crede, fuge, age, time, appete. Crede in Deum, fuge vitia, age bona, time ſupplicia, appete præmium. ſerm. 62. De quinque remediis, ad conſecrandam gratiam.

12. *Quinque panes.* Anton. de Pad. Dolor de omiſſo, pudor de commiſſo, horror Judicii, ardor pœnitudinis. Vid. Indicem. V. Omiſſio; timor ſupplicii. Contritio. Judicium. Infernus, pœnitentia.

13. *Quinque panes.* Vincent. Ferrer. 1. Corporalis. 2. Pœnitentialis. 3. Sacramentalis. 4. Doctrinalis. 5. Cæleſtialis. Vide, an hiſce panibus inſtructus ſis, per Dei benedictionem. Vide in Indice V. Eleemoſyna. Pœnitentia. Communio.

14. *Et duos piſces.* Adam de Perſe, duos piſces, ſpem accipe & timorem, non debet Chriſtianus habere ſpem absque timore, nec timorem ſine ſpe. ſ. 10. de ſpe temeraria.

15. *Et duos piſces.* Timor & ſpes. Hos duos piſces accipe de mundo, & ex mari mundi, ut nec in illum ſperes, nec illum timeas. ſerm. 49. De vanis ſpebus peccatoris.

16. *Duos piſces.* Vinc. Ferrer. Duo piſces ſunt exempla Sanctorum. Hæc tibi applica per imitationem illorum, & illos invenies patronos, aliàs erunt accuſatores tui in judicio. ſerm. 45. De vita Sanctorum.

17. *Sed hæc quid ſunt inter tantos?* Pala. in Matth. 14. *Tantus eſt homo, ut nihil niſi Deus illi ſat ſit.* ſerm. 2. de nobilitate animæ. ſerm. 3. de ult. fine hominis.

18. *Facite homines diſcumbere.* Palad. *Id eſt ordinatè ſedere.* Sit ordo in rebus, & panis aderit. Sed nullus eſt ordo in veſtitu, ſerm. 41. Nullus eſt ordo in eleemoſyna. ſerm. 63. & ideo non adeſt panis.

19. *Erat autem fœnum multum in loco.* Fœnum eſt, vitæ hujus fragilitas. Hoc ſi advertis, attende, ut illi non fidas, ne in peccatum labaris. ſerm. 15. de hujus vitæ miſerijs.

20. *Erat fœnum.* Iſa. 40. *Omnis caro fœnum.* Qui deſidetat panem vitæ, ſubruat carnem. Si autem ſœnum, id eſt, ſi caro imperat, &c. ſerm. 2. de anima, & ſermo 24.

21. *Erat fœnum multum.* Pal. *Multa peccata leviora, ſunt multum fœnum.* Magnâ curâ opus eſt, ad inveniendum hoc fœnum, timendo illius conſequentias. ſerm. 43. Conſequentiæ in ſeipſo.

22. *Diſcubuerunt ergo viri.* Quare nulla fit memoria mulierum & infantium? Fabr. q. 7. *Quia fœminæ & parvuli ad viros ſpectant.* ſerm. 35. Obligatio Patrumfamilias. Vide ſerm. 39. 70. 41. 28. Vide Patres.

23. *Diſtribuit diſcumbentibus.* Per Apoſtolos, & quemadmodum petebant, Ita multiplicabatur panis. O Sacerdotes! Sermo 27. ſerm. 34. 37. Vide V. Sacerdotes.

24. *Similiter & ex piſcibus.* Buccella panis, & fruſtillum piſcis mortui. Moritur piſcis absque voce, & te admonet, quòd & tu ſine loquela mori poſſis. Non ergo differas pœnitentiam. ſerm. 7. 8. 9. 15.

25. *Diſcubuerunt.* Unusquisque in ſuo ſitu & loco competenti, attendat unusquisque ad ſuam obligationem, nec excutiat, aut examinet vitam alienam ſui proximi. ſerm. 23. §. 9. ſerm. 62. §. 3. ſerm. 63. §. 7. in fine.

26. *Diſcubuerunt.* Unusquisque in ſuo ſitu, ſine impedimento alterius. Ita unusquisque obſervet ſtatum ſuum, ut mereatur divinam penedictionem. ſer. 27. De variis ſtatibus.

27. *Colligite, quæ ſuperaverunt fragmenta.* Certò ſibi perſuadeat Chriſtianus, quod illud augeatur & creſcat, quod in pauperes Dei amore erogatur. Vid. V. Eleemoſyna.

28. Colligite: Bernard. ſerm. 52. in cant. Jubemur nec minima Dei beneficia oblivisci. ſerm. 20. 21. 23. De beneficiis. ſerm. 83. 84. 85. De gratitudine.

*Die Mercurii, de cæco à Nativitate.*

1. *Præteriens JEſus vidit hominem cæcum.* Joan. 9. Volebant Judæi Chriſtum lapidare, & ille egreſſus eſt de templo, & cæco oculos reſtituit. Cyrillus. *Judæorum delictum ſalus eſt gentibus.* Abſtulit fidem à Judæis. Timeamus & nos. ſerm. 40. De periculo fidei.

2. *Præteriens JEſus.* Cùm ſatis injuriarum recepiſſet, ille miſericordiâ uſus eſt. Quis non oſtendat gratitudinem ſuam? ſerm. 1. ſerm. 21. ſerm. 52. De miſericordia.

3. *Vidit hominem cæcum.* Creavit Deus hominem oculis inſtructum, & capacem Deum videndi ſemper. Sed peccata illum excæcant. ſerm. 3. De ultimo fine hominis.

4. *Hominem cæcum.* Chryſol. *Vidit hominem, ut peccata hominis non videres.* Citiùs eum vidit hominem, quàm cæcum, aſpexit miſeriam, non culpam, propter compaſſionem. ſerm. 52. De miſericordia. ſerm. 22. §. 6. In Judicio autem erit contrarium.

5. *Hominem cæcum.* Palud. Fit cæcus ex tumore ambitionis & ſuperbiæ. Fit cæcus ex pulvere & terra avaritiæ, & ex igne luxuriæ. ſerm. 14. De fluviis Babyloniæ.

6. *Hominem cæcum.* Impurus homo, ſe ipſum excæcat, dum oculos velo excuſationum obnubit. Extrahamus filamenta hujus veli & ligamini. ſerm. 58. De occaſione proxima, & excuſationibus.

7. *Hominem cæcum.* Non vidit ſecretum prædeſtinationis & gratiæ. *Ut manifeſtentur opera Dei in illo.* ſerm. 32. De providentiis occultis. ſerm. 33. De beneficiis ocultis.

8. *Hominem cæcum.* Qui obſcuris locis aſſueſcit, cæcus fit. Ant. de Pad. *Quidam excæcantur longa conſuetudine peccatorum.* ſerm. 11. De mala conſuetudine.

9. *Hominem cæcum.* Vinc. Ferrer. *Quilibet in peccato mortali exiſtens eſt cæcus. Quia non videt periculum, in quo eſt caſurus ſubitò in foveam inferni.* ſerm. 4. ſerm. 5. ſerm. 29. De inferno.

10. *Quis peccavit? hic, an parentes ejus?* 1. Cor. 4. Nolite ante tempus judicare. Deus habet tempus determinatum ad minifeſtandam ſuam providentiam. Non ſemper veniunt calamitates ex peccatis. ſerm. 32. De providentiis occultis.

11. *Quis peccavit, ut cæcus naſceretur?* Ordinariè calamitates publicæ veniunt propter peccata. Vide ſermones a 63. usque 77. De variis cauſis calamitatum.

12. *Hic aut parentes ejus?* Theoph. *Non apparet ſimplex hæc quæſtio,* quia multæ conſequentiæ & pœnæ ſequuntur in filiis, ex

pec-

peccatis parentum. ſerm. 35. De Parentibus, ſerm. 38. §. 7.

13. *Me oportet operari, donec dies eſt.* Ut doceat Chriſtianum, ut nullam vitæ diem ſinat bire, differendo ea, quæ ſalutis ſunt. ſerm, 7. & 8. De pœnitentia dilata.

14. *Venit nox, quando nemo poteſt operari.* Pallud. *mors, decitur nox.* Finitur in morte tempus meritorum, ſerm. 6. De lucro temporis, ſ. 9. De pœnitentia in morte.

15. *Linivit lutum ſuper oculos eius.* Ambroſ. Tibi impoſuit lutum, id eſt conſiderationem tuæ fragilitatis. Grande remedium eſt, ut anima viſum conſervet. ſerm. 15. De miſeriis vitæ brevis, inconſtantis & fragilis.

16. *Linivit lutum.* Ut per illud, veluti per chryſtallum videat, quod omnia ſint terra. Coren. recté apponitur lutum, quia nihil niſi lutea viſurus erat. ſerm. 18. §. 2. ſerm. 17. De mortuis.

17. *Linivit lutum.* Coren. Ut innueret hæc omnia quæ viſurus erat, non tantùm eſſe lutea, ſed & caſura. Omnia enim ſunt ruinoſa & inſtabilia, ſerm. 14. De fluviis Babyloniæ.

18. *Linivit lutum.* Chryſ. lutum ſolet magis excæcare. Hæc eſt prorogativa ſupremi artificis, qui ſalutem confert cum remediis contrariis. ſerm. 21. De beneficiis ſpecialibus. ſerm, 32. De providentiis occultis. ſerm. 37.

19. *Linit lutum ſuper oculos.* Ant. de Pad. *Quando curat oculum totius hominis ſignat curationem.* Si oculi reipublicæ ſuperiores, & ſacerdotes ſani ſunt, & bene valentes, ſanant omnes. ſ. 34. Conſequentiæ Sacerdotum & ſuperiorum.

20. *Super oculos.* Coren. obſerva Chriſtum adhibuiſſe remedium ubi erat infirmitas. Ad radicem mali opertet attendere : ſi ſtatuendum eſt remedium. Ceſſent culpæ, & non erunt plagæ. ſerm. 63. usque ad 77.

21. *Super oculos.* Coren. *liniſſi debuerunt non brachia non pedes.* Si oculi infirmi ſunt, ſit remedium in oculis. Unusquisque vult alterum curare. Uculi, pedes. ſ. 64. De Sabath. 1. Quadrag.

22. *Linivit lutum. Sed, vade, lava.* Ant. de Pad. lurum impoſuit Deus, dum fidem docuit. Non ſatis eſt fides ſine bonis operibus. *Vade.* ſerm, 54. De probatione ad gloriam. ſerm. 49. §. 2. ſerm. 70. §. 2. ſerm. 40. §. 1.

23. *Vade, lava.* Bene poterat Dominus omnia ſolus facere: ſed vult ut etiam homo uam partem conferat. ſerm. 1. §. 8. ſerm. 48. De ſignis prædeſtinationis. ſerm. 54. De Probationibus. S. 71. §. 2. S. 72. §. 2. S. 73. §. 3.

24. *Lava in Natatoria Siloë* Anton. de Pad. id eſt ad aquam pœnitentiæ. Hect. Pint. in Ezech. 1. Sacramentum Confeſſionis, quomodo lavandum ſit ? ſerm. 55. De Confeſſione bona & ejus qualitatibus.

25. In Natatoria Siloë. Confeſſio. Vincit omnem pudorem ad conſpectum ſigilli, & ſecreti. Iſaiæ 8. Aquæ Siloë vadunt cum ſilentio. ſerm. 56. De confeſſione integra. Anton. de Pad. Pœnitentia vadit cum ſilentio.

26. *In Natatoria Siloë,* Rara eſt fontis iſtius notitia apud S. Epiphanium. l. de vit. Prophet. c. 7. quæ ſolum currebat pro Hebræis. Cùm autem poſtea venirent Gentiles Aſſyrii, cùm Rex Sennacherib obſideret Hieroſolymam, in venta eſt natatoria Siloë omnino exſiccata. Poſtea autem, ut refert Joſepus l. 7. De bello Judaico c. 6. paulò antequam veniret Titus Imperator, cùm adhuc eſſet ſicca, ſubitò ad adventum illius cœpit iterum manare & fluere, Dum nimirum eſſent fideles Deo ſuo, manavit etiam fons divinæ bonitatis, ſacerdotium, & fides, ſed cum eorum peccatis ceſſaverunt etiam divini favore. O fides Hiſpaniæ! fons eras, & es, &c. ſerm, 40. De periculo fidei.

27. *Vade, lava.* Peccator, in aquis pœnitentiæ, quia adhuc manat fons divinæ miſericordiæ, ſed dices mihi, lavaturum te poſtea, Ego autem neſcio, an adhuc aquam ſis inventurus, ſi illam quæſiveris, ſerm. 7. 8. 9. 68. §. 5.

28. *Abiit, & lavit, & venit videns.* Factum eſt hoc absque dilatione, ut doceret pœnitentiam non differendam, ſerm. 7. & 8. De Pœnitentia dilata.

29. *Venit videns.* Punctum ſané metuendum, Cæcus acquirit viſum, & Phariſæi excæcantur. Accuſabit ſané in Judicio Phariſæos, & juſti accuſabunt peccatores. ſerm. 45. Obligatio ex vira Sanctorum. Vide etiam. ſerm. 13.

30. *Alii dicebant, quia hic eſt, alii autem nequaquam.* Talis debet eſſe converſio, ut dubitetur, an converſus adhuc ille ſit, qui prius fuerat, non ille deberet eſſe, is, qui prius fuerat. ſerm. 62. §. 4. §. 8. ſerm. 53. §. 5.

31. *Non eſt hic homo à Deo, qui Sabathum non cuſtodit.* Videtur eſſe zelus obſervantiæ, & eſt invidia malitioſa, O quantum in operibus reſtat examinandum? ſerm. 25. De bonis operibus. Vide etiam ſerm. 26.

32. *Sabathum non cuſtodit.* Quid ergo facit? *Expuit in terram.* Ecce etiamſi expuit, id ſtatim advertitur in perſona ſuperioris! Cavete vobis Sacerdotes! ſerm. 34. De conſequentiis Sacerdotum & ſuperiorum.

33. *Maledixerunt ei.* Ecce, quomodo omnes contra eum exſurgant, qui viſum recepit? ſed ipſe firmius ſtat. O quanti ſunt, qui dum vident te perſecutionibus appeti, virtutem relinquunt? ſerm. 36. ſerm. 37. §. 6. ſerm. 58. ſerm. 72. §. 4. Vide Vincent. Ferrer. hic.

Dit

*Die Veneris de Lazaro.*

1. *Erat quidam languens Lazarus.* Joan. 11. Parvum accidens, verùm ſi tale relinquitur, cauſabit mortem. ſerm. 43. Conſequentiæ in ſe ipſo.

2. *Languens.* Statim, *infirmatur*, & mox, *mortuus.* tum in monumento. Niſi peccator principiis obſtet, venit ad ſtatum periculo plenum, ſerm. 11. De prava conſuetudine.

3. *Languens.* Amicus Dei? Chryſoſt. non turbamur, nec ſiniſtrum aliquid opinemur, cùm videmus juſtas perſonas affligi. Nam Deus in hoc habet fines altos. ſerm. 32. *De providentiis occultis.* Vide ſerm. 21. §. 4. & 6.

4. *Miſerunt ſorores.* Quare non ipſæ vadunt, ſed mittunt alias? Chryſ. *Theophil.* erant mulieres. Faciunt id ex modeſtia, ac decentia, ne aliis præbeant occaſionem peccandi. Cautela & obligatio illorum, quæ nimis, frequenti egreſſu, & veſtitu vano ſcandalum præbent. ſerm. 28. ſerm. 41. ſerm. 42.

5. *Miſerunt.* Quare ergo Maria Magdalena erat in domo Simonis? erat nempe negotium animæ, quod exigis omnem diligentiam animæ, quod exigit omnem diligentiam, & quidem perſonalem. ſerm. 2. De nobilitate animæ. Vide ſerm. 24. De obligatione ex cura corporis.

6. *Ecce quem amas infirmatur.* Quare non perunt illius ſanitatem? S. Anton. de Pad. quia ſanitate poteſt homo bene & malè uti, ideo non eſt ſimpliciter poſtulanda. ſerm. 21. §. 4. ſerm. 32. §. 4. ſerm. 78. §. 4.

7. *Nonne duodecim ſunt horæ diei?* JEſus dies eſt. Apoſtoli ſunt horæ 12. Si cum luce illius ambulas, ſalutem invenies; ſin ſecus, omnes Sancti erunt ad maius & gravius Judicium. ſermo. 45. De vita Sanctorum.

8. *Duodecim ſunt horæ diei.* Adverte, quia numerantur dies & horæ, quibus Deus te expectat. ſerm. 12. De numero dierum & horarum, ac peccatorum.

9. *Duodecim ſunt horæ diei.* Vinc. Ferrer. Id eſt, duodecim articuli fidei. Sed huic fidei adjungendus eſt ille, de quo dicitur *qui ambulat.* Gislandus. *operibus fidem approbando.* ſerm. 40. §. 1. ſerm. 49. §. 2. ſerm. 70. §. 2. ſerm. 54. probationes ad gloriam.

10. *Duodecim ſunt horæ diei.* Habet pœnitentia horas duodecim, ait S. Vinc. Ferrer. eſt 1. peccatorum cognitio. 2. Cordis contritio. 3. Emendandi propoſitum. 4. Occaſionum citatio. 5. Oris confeſſio. 6. Corporis afflictio. 7. Spiritualis oratio. 8. Eleemoſynarum largitio. 9. Debitorum reſtitutio. 10. Injuriarum remiſſio. 11. Famæ reparatio. 12. Eucharistiæ communio. ſerm. 55. De qualitatibus bonæ confeſſionis. Vide indicem Reſtitutio. Inimici. Eleemoſyna. Communio.

11. *Duodecim horæ diei.* Eſt hæc Medietas horarum à menſe Martio. Nam in aliis menſibus, horæ ſunt plures aut pauciores diei. Vigila Chriſtiane, quia neſcis horas vitæ tuæ. ſerm. 16. De morte.

12. *Lazarus amicus noſter dormit.* Auguſt. Si amicus moritur, inimicus quid patiatur? ſerm. 13. Concluſiones pro timore Dei.

13. *Lazarus amicus noſter dormit.* O quàm bene convenit cum morte *amicus* iſte? cum eo, *quem amas*, in hac vita? ſed quomodo morietur ſicut amicus, qui vixit ſicut inimicus? ſerm. 9. De Pœnitentia in morte.

14. *Vado, ut à ſomno excitem eum.* Anton. de Pad. *quotis hoc verbum replicat Deus,* grandis miſericordia! ſerm. 1. ſerm. 10. ſerm. 52. De miſericordia Dei.

15. *Ut à ſomno excitem eum.* Ant. de Pat. *Sed miſer peccator paululum dormit & dormitabit.* Si vita ipſius in mera dilatione præteribit. §. 6. 7. 8. De pœnitentia procraſtinata.

16. *Ut à ſomno excitem eum.* O quàm pauci peccatores expergiſcuntur? Vide introductionem. & ſerm. 27. De ſtatibus. ſerm. 34. De conſequentiis Sacerdotum. Vide V. Omiſſio, & ſerm. 62. §. 8.

17. *Lazarus mortuus eſt.* Jam non vocatur amicus, cum culpa mortali peditur amicitia Dei, & vita gratiæ, ſerm. 4. De malitia peccati. ſerm. 5. De damnis peccati.

18. *Lazarus mortuus eſt.* Mortuus eſt, cùm eſſet nobilis, & Juvenis. O quæ cautela? non venit mors per ætates. ſerm. 16. De morte. Vide ſerm. 15. §. 5.

19. *Invenit eum quatuor dies in monumento jacentem,* non vocatur ſepulchrum, ſed monumentum, Auguſt. *Monens mentem,* quia prædicat, & docet vivos, ſerm. 17. De mortuis.

20. *Quatuor dies.* Eſt imago peccatoris. Vinc. Ferrer. peccavit cogitatione, locutione, opere, & omiſſione. Omnes quatuor dies malitiæ erunt contra te, niſi ſtudeas reſurgere. ſerm. 22. De obligatione peccatorum.

21. *Quatuor dies.* Palud. Primus dies, eſt malus conſenſus in corde. Secundus in ore. Tertius in opere. Quartus eſt peccandi conſuetudo. ſerm. 11. De prava conſuetudine. Vide ſerm. 9. §. 3. & 4.

22. *Infremuit.* JESUS *Spiritu, & turbavit ſemet ipſum.* Ant. de Pad. *Ubi datur intelligi forma exeundi de peccato. Turbat eum in confeſſione fremit in contritione, plorat in ſatisfactione.* ſerm. 55. De Confeſſione.

23. *Infremuit.* Auguſt. *Difficultatem quandam oſtendit.* Hæc grandis eſt, in reſurrectione ad gratiam apud illum, qui ſe ſinit vinci à culpa, ſerm. 11. De conſuetudine. ſerm. 9. §. 3. & 4.

24. *Ubi poſuiſtis eum?* O potentiæ, ô appeti-

c ſus!

tus! ubi eſt ſpiritus veſter? Ant. de Pad. *Ubi infelix te poſuiſti? In lecto facis.* ſerm. 5. De damnis peccati mortalis.

25. *Ubi poſuiſtis eum?* Ubi eſt proximus tuus, ex tuo conſilio: occaſione, ſcandale: Sermo. 28. De obligatione peccatorum alienorum. Vid. ſermo. 36. & 37. 41. & 72. De Patribusfamilias, ubi & Sermo. 35.

26. *Ubi poſuiſtis eum?* Sacerdotes, Superiores. Quo adigitis populum veſtris omiſſionibus, & pravis exemplis: ſermo. 34. De conſequentijs Sacerdotum. Vid. ſerm. 28. §. 5. & 6.

27. *Ubi poſuiſtis eum:* Examen conſcientiæ. *Lachrimatus.* Contritio, veni & vide. Confeſſio clara. *Tollite lapidem.* Propoſitio firma. *Sinite abire.* Satisfactio ſerm, 55. De qualitatibus confeſſionis.

28. *Lachrimatus eſt JEſus.* Auguſt. ut tibi gravedinem languoris oſtendat, & ad fletum propriæ iniquitatis te adducat. ſerm. 4. De gravitate peccati. Vide ſerm. 5. & 38.

29. *Tollite lapidem.* Auguſt. dicere volebat, ut & ipſi aliquid de ſua parte ponerent, ad ipſius reſuſcitationem, nam & peccator aliquid contribuere debet. ſerm. 1. §. 8. ſerm. 48. §. 1. ſerm. 54. §. 1. ſerm. 71. §. 2 ſerm, 72. ſerm. 73. §. 3.

30. *Tollite lapidem.* Pondus peccati. ſerm. 1. §. 6. & impedimenta gratiæ, habitus, affectiones malæ, ſerm. 43. Conſequentiæ intra ſe ipſum.

31. *Tollite lapidem,* Vinc. Ferrer. Lapidem magnum & durum verecundiæ. Propter quem non multæ animæ ex ſepulchro culpæ & peccati egrediunrur. ſ. 56, De confeſſioois integritate.

32. *Tollite lapidem.* Iſt eſt, occaſionem tollite. ſerm. 60. §. 3. ſerm. 62. §. 4. Hug. Card. Tollite excuſationem oris. Ant. de Pad. *Miſer peccator multipliciter ſe excuſat.* ſ. 58. De occaſione inhoneſta, & ilius excuſatione.

33. *Tollite lapidem.* S. Amb, ad videndum horrores ſepulchri, quo tandem omnia deſinunt, Venite ſuperbi! venite vindicativi. *Tollite*, ſerm. 17. Cautela ex mortuis.

54. *Tollite lapidem.* Ingreditur lux, & videat Lazarus ilos, qui in ſepulchro manent, ex quo ille reſurgit. O quot infideles, tu verò Chriſtianus. ſerm. 20. §. 6. & ſerm. 40. quanti mortoi? & tu vivus: ſerm. 86. §. 4. ſerm. 83. §. 2. Quot in inferno: tu autem adhuc exſpectaris. ſerm. 82. §. 4. Vide ſerm. 52. De miſericordia Dei.

35. *Domine jam fætet.* Vincent. Ferrer. *Omnes claudebant ſibi naſum.* Malus odor ſcandali, apud Nobiles. ſerm, 34. ſerm. 21. §. 2. De Superioribus & Sacerdotibus. ſerm. 28. ſerm. 36. ſerm. 37. conſequentiæ de damn. ſpiritualibus.

36. *Lazare veni foras.* Ant. Pad. nos excitare ſatagit à peccato. Quomodo: *veni foras. Foras jam per confeſſionem egredere.* ſerm. 55. ſerm. 56. 57. De Confeſſione.

38. *Lazare veni foras.* Ita erit in reſurrectione mortuorum univerſali. *Surgite mortui.* O quid non manifeſtabit dies illa: Nunc., ait Vinc. Ferrer. ex Matth. 23. *Similes eſtis ſepulchris dealbatis.* ſerm. 31, §. 5. Attende ad finem operum tuorum, ſerm. 25. 26.

38. *Prodijt ſtatim.* Non diu ſe detinuit. O peccator, quanto tempore jam Deus vocat te: *Veni foras.* Quid feciſti: niſi moras nectere, & differte: cras, poſtea &c. ſerm. 7. 8. 9.

39. *Prodijt ligatus.* Quare: quia actione jam & pedibus privatus, quaſi non ſit in obſequio Domini, & in lege gratitudinis. ſerm. 85. De legibus gratitudinis.

40. *Solvite eum.* Abſolvatur ergo. S. Auguſt, ſed poſtquam é ſepulchro egreſſus eſt, ex occaſione peccati. ſerm. 34. §. 3. ſerm. 58. de occaſione. ſerm. 60. §. 3. ſerm. 62. §. 1. & 4.

41. *Solvite eum, & ſinite abire.* Hug. Card. *ut ex greſſu*, (videamus, qualia ſigna in te ſint) probaretur veré reſuſcitatus. Nam qui bene ambulat, probat ſe vivere, non qui cadit, & reincidit in peccata. ſerm. 60. De relapſu.

41. *Sinite abire.* Ut ex greſſu &c. Videamus, quæ tu ſigna habeas reſuſcitationes ad gratiam, & an ſis perpetuò victurus vitâ gloriæ, ſerm. 48. Signa prædeſtinationis.

43. *Sinite abire.* Ambulet Chriſtianus dierum quinque ſpatio, ut aſſecuret vitam gratiæ, quam recepit. ſerm. 62. de quinque remedijs perſeverantiæ.

### *Dominica quinta Paſſionis.*

1. *Quis ex vobis arguet me de peccato.* Joan. 8. Quis poterit me arguere, aut de me conqueri: ait Dominus, quod pro me aliquid reliquerit, cùm ergo tanta fecerim amore illis: ſerm, 20. & 21. De beneficijs generalibus, & ſpecialibus. S. Ant. de Padua. *Quis? certe nullus, quia Domine tuus affectus eſt plenus charitate, & dilectione. Tua mens ſuavitate, tua manus ligitate, tua opera ſanctitate.*

2. *Quis ex vobis arguet me?* Multi, allegant aliorum exempla, qui ſalvi facti ſunt, ob grandem DEI miſericordiam. Sed videbunt ſe deceptos. ſerm. 13. Concluſiones de timore Dei. ſerm. 49.

3. *Quis ex vobis arguet me?* Multi, qui dubitant de gubernatione univerſi. Sed experientur certas diſpoſitiones divinæ providentiæ. ſerm. 32. De providentijs DEI occultis.

4. *Quis ex vobis arguet me?* Arguent multi, qui putant appetitus noſtros, tentationes, & calamitates eſſe impedimenta. Sed claré

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

clarè videbunt fuiſſe occulta beneficia. ſ.33. de beneficijs occultis.

5. *Quis ex vobis arguet me:* Hoc dicit Dominus, & poteſt hoc dicere Sacerdos & Superior: Inveniet autem, quod illum arguant, & arguent peccata & damna, quæ conſequentur ex ipſius omiſſionibus & negligentia. ſerm. 34. Conſequentiæ Sacerdotum.

6. *Quis ex vobis arguet me:* Hoc ipſum poteſt paterfamilias dicere ad ſuos, & videbit, quòd ipſum arguet omiſſio educationis, & exempl. ſ. 35. Conſequentiæ Patrum famlias. ſ. 28. §. 7.

7. *Quis ex vobis arguet me:* Hoc enim poteſt dicere peccator. Sed ſciat, quòd illum arguet dæmon, & Angelus Cuſtos, & propria conſcientia, ſ. 19. De judicio particulari.

8. *Quis ex vobis arguet me;* Sciat peccator, quòd arguent illum beneficia tam generalia, quàm ſpecialia, quæ Deus illi contulit. ſ. 20. & 21. De beneficijs.

9. *Quis ex vobis arguet me.* Adverte ô peccator, quòd te arguet ipſe Dominus, quem offendiſti: *Arguam te*. ſerm. 22. De obligatione ex peccatis, cogitationum, verborum & operum.

10. *Quis ex vobis arguet me.* Sciat, quòd arguent eum præcepta ſingula legis divinæ, quæ ſprevit. ſ. 23. De obligatione peccatoris, propter legem divinam.

11. *Quis ex vobis arguet me:* ipſam & opera tua te arguet, & omnes creaturæ quibus abuſus es, in tuum damnum, cùm tamen Deus illas in tuum bonum creaverit. ſ. 3. de fine hominis ſ. 31. De Judicio univerſali. §. 3. ſ. 24. Obligatio peccatoris de ſuis proprijs operibus.

12. *Quis ex vobis arguet me:* Arguent te tua propria opera, quia tanta feciſti in favorem corporis tui, & tam parum in favorem animæ. Arguet te malitia tua. ſerm, 24. De proprijs operibus.

13. *Quis ex vobis arguet me:* Arguent te omnes illi, qui ex tuo conſilio peccaverunt, ex data per te occaſione, & malo exemplo. ſermo. 28. De peccatis alienis. ſerm, 36. Conſequentiæ variorum peccatorum.

14. *Quis ex vobis arguet me:* Arguent te, ô mulier prophana & levis, omne illi, qui propter ſcandaloſum habitum & veſtitum tuum ad peccatum inducti ſunt. ſerm. 41. De veſtitu ſcandaloſo & prophano, & ſerm. 42. De varijs abuſibus.

15. *Quis ex vobis arguet me.* Arguent te omnes illi ô peccator, qui propter tua peccata damnum ſpirituale in anima receperunt, ſerm. 37. De conſequentijs damnorum ſpiritualium.

16. *Quis ex vobis arguet me:* Arguent te omne illi, qui damnum corporale ſuſtinuerunt propter te, & vitam tuam ſceleratam ſ. 38. de conſequentijs damnorum temporalium.

17. *Quis ex vobis arguet me?* Arguet te vita ſanctiſſima JEſu Chriſti, quam imitari noluiſti. ſerm. 44. Obligatio ex vita JESU Chriſti.

18. *Quis ex vobis arguet me?* Arguent te in judicio Sancti vita ſua exemplari & ſancta, quam inſequi renuiſti. ſerm. 45. Obligatio ex vita Sanctorum.

19. *Quis ex vobis arguet me?* Arguent te cum ſuo damno damnati ipſi, audi quid dicant? Ergo erravimus. ſ. 51. Concluſiones damnatorum.

20. *Quis ex vobis arguet me?* Hi ſermones te arguent, & omnes illi, qui in tua præſentia fructum animæ ex illis hauſerant. erm. 61. Obligatio ex tot auditis ſermonibus pijs.

21. *Quis ex vobis?* Vinc. Verrer. Sic poteſt dicere quilibet veré pœnitens, principibus dæmonum, poſtquam fecit confeſſionem ſerm. 55. ſerm. 56. & 57. De Confeſſ. Generali.

22. Si veritatem dico vobis, quare non creditis mihi: Ant. de Pad. *Soli Chriſtiani Chriſto credere dedignantur credunt mundo, credunt dæmoni, credunt carni.* ſ. 49. de vanis ſpebus in mundum, dæmonem, & carnem. ſ. 14.

23. *Si veritatem dico vobis.* Vinc. Ferrer. Quinque veritates Chriſtus prædicavit. 1. De credendis. 2. De faciendis. 3. De vitandis. 4. De timendis. 5. De ſperandis, Hæ quinque veritates continentur in ſerm. 61. De remedis perſeverantiæ.

24. *Quare:* Admiratur, quód non credant Judæi, ſed magis miratur, quòd, cûm Chriſtiani credant, operentur & faciant, quod contrarium eſt illi, quod credunt. ſ. 40. ſ. 49. §. 2. ſ. 70. §. 2. ſ. 54, probationes pro gloria.

25. Ad Sacerdotes. *Si veritatem dico vobis.* Doceant, prædicent ſed longe magis: *Quis ex vobis arguet me:* Ducant vitam ſanctam, & prædicent cum zelo & fructu. Vid. Introduct. c. 5. Vide in Indice. V. Prædicator.

26. *Qui ex Deo eſt, verba Dei audit.* S. Greg. *Interroget ſe unuſquisque, ſi verba Dei in aure cordis ſuſcipit. & intelliget, unde ſit.* Videat non tantùm hæc, ſed & alia ſigna. ſ. 48. De ſignis prædeſtinatorum.

27. *Tulerunt ergo lapides.* Palud. *Adhuc lapides in JEſum jaciunt, qui in membra ſua ſcandala mittunt.* Lapides ſunt conſilia mala. ſ. 28. De prophano veſtitu. ſ. 41. Vide etiam ſ. 36. 37. & ſequentes.

28. *JEſus autem abſcondit ſe.* Vinc. Ferrer. *Qui noluit ſic mori lapidatus*, Quia ſonitus & tumultus lapidum, ait Chryſoſt. non ſinit eos audire lectionem, de venia danda inimicis ſ. 59. De amore erga inimicos.

29. *Et exivit de templo.* Lapides peccatorum

 apud

apud Judæos, abſtulerunt ab eis fidem. Timeamus id ipſum, ne nobis accidat, & Deus fidem à nobis auferat. ſerm. 40. De periculo fidei.

60. *Exivit de templo.* Quale erit templum animæ, ſi ex illo gratia JEſu Chriſti egreditur. ſerm. 4. & 5. De malitia, & damnis peccati.

*Dies Mercurij ſexta, de Encœnijs.*

1. *Facta ſunt Encœnia in Hieroſolymis.* Joan. 10. Renovatio templi (animæ) per Judam Machabæum. Ant. de Padua. Fit dedicatio per Judam. Id eſt, *Confeſſionem*, in qiunque litteris *Judas*, ſunt qualitates renovationis. ſermo. 55. De Confeſſione.

2. *Encœnia in Hieroſolymis.* Si anima eſt Jeruſalem ut perſiſtat in gratia, quid renovandum eſt? Theodor. *Semper renovando te ipſum.* Poſtquam culpa condonata eſt, & gratia recuperata, adhuc laborandum eſt, & timendum. ſerm. 43. De conſequentijs in nobis ipſis.

3. *Encœnia.* Ut fiat renovatio, conſiderandum eſt, quid in templo animæ profanatum ſit per culpam & peccata. ſerm. 5. De damnis peccati.

4. *Et hyemus erat.* Ant. de Pad. Status peccatoris. 1. *Ratione frigiditatis pigritiam inducentis.* ſerm. 58. n. 38. 2. *Ratione ſterilitatis.* ſerm. 15. n. 17. 3. *Quia in hyeme nullum apparet veſtigium æſtatis.* ſerm. 1. n. 31. Vide ſerm. 5.

5. Et hyems erat. Theodor. *Dum hyems imminet, id eſt vita præſens, ſat age tui templi Encœnias celebrare.* Quo magis differtur, eò fit difficilior. ſerm. 60. n. 29. ſerm. 8. ſerm. 9. Difficultates pœnitentiæ in morte.

6. *Hyems erat.* Hug. Card. *Propter pigritiam hominum in hyeme.* Non eſt calor, in ijs, quæ concernunt animam, cùm tantum faciamus corpori, ſerm. 24. Obligatio propter ipſa opera.

7. *Et ambulabat JEſus in templo.* Chryſoſt. *Templum Dei eſt congregatio Electorum religiosè converſantium.* Dei officium eſt, eligere lapides. Si autem hunc locum occupas, & non es vocatus, time. ſerm. 39. de vocatione.

8. *Ambulabat in templo.* Chryſoſt. *Cùm in templo non inveniret proprium templi, egreſſus de templo ibat.* Viſitat Dominus templum, & extra templum, Sacerdotes, & Sæculares. ſerm. 46. Viſitatio conſcientiarum.

9. *Ambulabat.* Corn. *Qui aliquem expectat, ſolet expectando deambulare.* Expectat Dominus peccatorem ſumma pietate, noli abuti hac miſericordiâ. ſerm. 10. de temeraria confidentia. Vide ſerm. 52.

10. *Ambulabat.* Non ſedebat. Anima cum frequenti relapſu in peccata, non permittit, ut Deus ſedeat ſerm. 60. De relapſu, ejuſdem origine, & damnis.

11. *Ambulabat.* Barrad. *Ut frigus pelleret.* Ita docet animam, ut calor in eam ingrediatur, per exercitium, quod excitat calorem internum. Sic quandoque caleſcimus, dum concio durat, poſt iterum frigeſcimus. ſerm. 62. § 1. ſerm. 60.

12. *Ambulabat.* Alb. Magn. *Ut omnibus afferret monita ſalutis.* Vide ſerm. 62. De remedijs conſervandi gratiam.

13. *Ambulabat.* Docet unumquemque progredi debere in ijs exercitijs, quæ ſunt uniuſvis ſtatui propria. ſerm. 27. De varijs ſtatibus. Vide ſerm. 34. De Sacerdotibus, & ſerm. 62. §. 3.

14. *Ambulabat in templo. in porticu.* Erat porticus illud ambulacrum, ad docendum reſpectum ac reverentiam templo debitam. Vide in Indice *Templum*.

15. *In porticu.* Ambulabat in porticu, non in templo. Non eſt porticus vitæ hujus, ut ibi voluntas ſedeat, ſed ſedere convenit in templo gloriæ, propter quod creati fuimus. ſerm. 2. De anima, ſerm. 3. De fin hominis.

16. *Ambulabat.* Non dedit locum populus ille, ut Chriſtus in illo ſederet, & ita obvertit ipſi tergum, ſicut ille facit, qui ambulat. Timeamus & nos. ſerm. 40. De periculo fidei.

17. *Circumdederunt ergo illum.* Iter malorum Pſ. 11. In circuitu impij ambulant. Totum eſt circuitus, ſi non eamus ad centrum & ad finem, ad quem nos Deus creavit. ſerm. 3. De fine hominis.

18. *Si tu es Chriſtus, dic nobis palam.* Chryſoſt. *Non veritatem deſiderabant, ſed calumniam præparabant.* In operibus non eſt attendendum, qualia appareant, ſed qualia re vera ſint. ſerm. 25. Examen operum, ſerm. 26.

19. *Si tu es Chriſtus, dic nobis.* Jam ſæpius dixit vobis, væ vobis, & omnibùs peccatoribus. Si Deus dicet in Judicio. *Ego ſum.* ſerm. 27. De obligatione propter peccata.

20. *Non creditis, quia non eſtis ex ovibus meis.* Si ergo ſum ex ovibus, dìces mihi, ſalvabor, tametſi malé vivam, Mala eſt hæc illatio. Boëtius: *Ego video ſaciendem rotam, viſus non eſt cauſa rotæ.* Dicant tibi opera tua, an ſis ex ovibus. ſerm. 18.

21. *Non eſtis ex ovibus meis.* Sùntne ergo aliæ oves? nimirum oves dæmonis, de quibus ſcriptum eſt, *ſicut oves in inferno poſiti ſunt.* Pſal. 48. Quomodo ſicut oves? Palud. ibi erit grex ſuperborum, grex avarorum, grex luxurioſorum. ſerm. 50. De faſciculis.

22. *Oves meæ vocem meam audiunt.* Ecce proprietates ovium. In his apparent ſigna prædeſtinatorum. ſerm. 48.

23. *Oves meæ vocem meam audiunt.* Non ſatis

tis eſt eſſe ovem ex grege Catholico, ſi non audias, & obedias voci Dei, & legis illius. Serm, 54. De probationibus ad gloriam.

24. *Et ſequuntur me.* Coren. *Ut ſis ovis Chriſti, neceſſe eſt, ſequaris veſtigia Chriſti.* Videamus quomodo illa inſecutus ſis. ſerm. 44. De vita Chriſti.

25. *Et ſequuntur me.* Dices Deum fuiſſe hominem. Vide, quot & quanti eum ſequantur, ait Auguſt. ex Sanctis utriuſque fexûs? Hos ſequere, aut in judicio nullam habebis excuſationem. ſerm. 45. Obligatio propter vitam Sanctorum.

26. *Ego cognoſco eas.* Quomodo cognoſcet pro ſua mulierem prophanam, quæ faciem adulterat & corrumpit, quam Deus illi dedit? terribile Judicium illam expectat, propter peccata & damna, quæ ex illius vanitate aut leviate ſecuta ſunt. ſerm. 41. De veſtitu prophano.

27. *Suſtulerunt ergo lapides.* S. Auguſt. *Lapidibus ſimiles, ad lapides currunt.* Væ peccatori, ſi permittit ſe indureſcere! ex conſuetudine peccati. Serm. 11. De prava conſuetudine.

28. *Multa bona opera oſtendi vobis, propter quod eorum opus me lapidatis?* Hoc dicit peccatori, cum me offendis? cum te amaverim ab æterno, cùm te creaverim, ſerm. 20. 21. 23. De beneficijs.

29. *Propter quod eorum opus me lapidatis.* Loquitur cum peccatore, qui lapides jacit, contra Chriſtum. Dum ponit petram ſcandali coram proximo ſuo. ſerm. 28. De peccatis alienis. Vide Serm. 36. 37. & 72.

*Die Jovis ſexto. De converſione Magdalenæ.*

1. *Ecce mulier, quæ erat in civitate peccatrix.* Luc. 7. *Ecce.* Videatur ſtatus miſerabilis, in quem ipſam reduxerunt peccata. Serm. 5. De damnis peccati.

20. *Peccatrix.* Chryſoſt. *Totius civitatis fuerat ipſa peccatum.* O quanta damna redundant in rempublicam ex peccatis? Serm. 38. De conſequentijs damnorum corporalium.

3. *In civitate peccatrix.* Ant. Pad. *Ubi multos traxerat ad peccatum.* Jam ſuo prophano veſtitu. Serm. 41. De habitu prophano. Jam malo ſuo exemplo, & occaſione. ſerm 28. De peccatis alienis.

4. Ecce mulier! fuit Peccatrix. Sed fuit etiam mulier fortis, quam deſideravit Salomon, quæ vicit mundum, dæmonem & carnem. ſerm. 49. De vanis ſpebus.

5. *Ut cognovit.* Quid cognovit? Sicut ovicula Paſtoris divini, cognovit vocem illius, ut eam ſequeretur, attracta pietate illius infinitâ. ſerm. 31. Invitatio ad miſericordiam.

6. *Ut cognovit.* Quid? Greg. *Conſideravit quod fecit, & noluit moderari, quod faceret.* Conſideravit gravitatem peccatorum tuorum. ſerm. 4. De malitia peccati.

7. *Ut cognovit.* Quid? quòd ſi diutius peccatis inhæreret, poſſet eò pertingere per conſetudinem culparum, ut omnino fieret obſtinata ſerm, 11. De prava conſuetudine.

8. *Ut cognovit.* Quid? fieri poſſe nimirum, ut primo ſtatim peccato impleretur menſura, quamdiu Deus illam vellet expectare. ſermo. 12. De numero peccatorum.

9. *Ut cognovit.* Quid? brevitatem, inconſtantiam, & fragilitatem vitæ, nec voluit illi confidere, ut diutius inhæreret peccatis, ſerm. 15. De miſerijs hujus vitæ.

10. *Ut cognovit.* Quid? certitudinem mortis. Ita ut non ſciamus, quando, quo loco & modo mors nos occupatura ſit, ſerm. 16. De morte.

11. *Ut cognovit,* Quantas difficultates habiatura eſſet in puncto & articulo mortis, ſi non faceret pœnitentiam in tempore. ſerm. 18. De momento, ex quo pendet æternitatas.

12. *Ut cognovit.* Quid? Tribunal, coram quo ſe videbat accuſandum, à dæmone, ab Angelo Cuſtodia ſua conſcientia, & ab ipſo Domino, quem offendit. ſerm. 19. De Tribunal Judicij particularis.

13. *Ut cognovit.* Quid? Beneficia generalia, & ſpecialia quæ ipſi Deus facit. Hæc ipſam adegerunt, ut ſe converteret ad Deum. ſerm. 20. & 21. De beneficijs.

14. *Ut cognovit.* Quid? Pœnas, quæ illam in inferno manebant, ſi mors in malo ſtatu eam deprehenderet. ſerm. 29. De pœnis inferni.

15. *Ut cognovit.* Quid? Æternitatem, ad quam præproperè accederet, voluit ergo beatitudinem ſuam reddere ſecuram. Serm. 30. De æternitate.

16. *Ut cognovit.* Furioſam & inutilem cautelam, quam primum in inferno habitura eſſet, & quidem æternam, ſi eſſet condemnanda. ſerm. 51. Concluſiones damnatorum.

17. *Ut cognovit.* Quid? Quod JEſus accubuit Patientiam, qua Deus expectavit illius pœnitentiam. Nobetat ergo diutius bonite illius abuti. ſerm. 10. De temeraria confidentia & ſerm. 52.

18. *Quod Deus accubuit.* Chryſoſt. ſerm. 93. *Non ad ſtantem, non ad ſedentem audet venire peccatrix. Deus cùm ſtat, corripit. cùm ſedet, judicat.* Antequam ergo ſedeat Judex. ſerm. 22. De obligatione ex peccatis.

19. *Ut cognovit.* Statim poſtquam tam ponderoſa motiva conſideravit, reſolvit ſe abſque ulla dilatione relinquere peccata, Serm. 6. 7. & 8. pœnitentia dilata.

20. *Stans retro.* Plena confuſione, verùm ſine excuſatione, cùm illi Deus loqueretur ad cor, ut è ſtatu ſuo malo egrederetur

 ſerm.

ſerm. 58. De occaſione inhoneſta, & ejusdem excuſatione.

21. *Secus pedes ejus.* Chryſoſt. ſ. 93. *Ut Chriſti veſtigijs innixa percurreret per viam vitæ.* Et ut Chriſti veſtigia ſequeretur, antequam illius rationes nimium difficiles redderent. ſerm. 44. De obligatione ex vita Chriſti.

22. *Secus pedes ejus.* Petr. Damiani. *Pedes iſti ſunt miſericordia & Judicium.* Cum timore & ſpe, quæ eſt via ſecura ſalutis. ſerm. 10. De temeraria confidentia. Vide ſerm. 52.

23. *Attulit alabaſtrum.* Non vas fictile, nec vitrum, ſed alabaſtrum, quod eſt index & ſymbolum firmitudinis in reſolutionibus, ne iterum in peccata rein cidamus. ſ. 60. De relapſu, & ſpecialiter. §. 2. in fine.

24. *Alabaſtrum unguenti.* Truxell. Bonum exemplum. Jam enim bonum exemplo ſuo odorem dat, quæ prius cum malo ſuo exemplo fœtebat. Vide in Indice. V, Exemplum, & ſcandalum.

25. *Hic ſi eſſet propheta.* Nemo notaverat, aut adverterat converſionem Magdalenæ peccatricis, jam autem, dum ſed ad Deum convertit, illam notant, & judicant. Meritò timeant inde rationem reddere. ſ. 37. §. 6. ſ. 58. §. 6. ſ. 72. §. 4.

26. *Vides hanc mulierem.* Quid hoc erat: Chryſol. *Arguit oblatrantem.* Erit ſané Magdalena jam ſancta, & converſa accuſatrix illarum, quæ ſe non convertunt. ſ. 45. De vita Sanctorum.

27. *Remittuntur tibi peccata tua.* Et quid porrò facit: Tho. de Vill. *Poſtquam ſecura facta fuerat, adhuc non contemnit pœnitere, quæ ſe meminerat deliquiſſe.* Quia adhuc reſtat aliquid timendum. ſ. 43. Conſequentiæ in ſe ipſo.

28. *Remittuntur.* Et tamen adhuc pœnitentiam agit: omnino, ad ploranda aliena peccata, quorum erat cauſa. ſerm. 28. De peccatis alienis.

29. *Remittuntur.* Et tamen adhuc 30. annis pœnitet. Ita eſt, propter damna nimirum, ſpiritualia, & corporalia, quæ in alijs prius vita ſua mala cauſaverat. ſ. 37. & 38. De damnis peccati.

*Die veneris ſexta de Concilio contra Chriſtum.*

1. *Collegerunt Pontifices & Phariſæi concilium.* Joan. 11. Vinc. Ferrer. Doctores, & Rectores populi. Væ toti reliquæ Reipublicæ, ſi Superiores & Sacerdotes non ſunt illi, qui debent eſſe. ſ. 34. De conſequentijs Sacerdotum. Vid. ſ. 28.

2. *Collegerunt.* Chryſoſt. *Junxerat invidia quos disjunxerat diſciplina.* Qui conjuncti ſunt in peccatis, erunt etiam juncti in pœnis. ſerm. 50. De faſciculis damnandorum.

3. Concilium adverſus JEſum. Pelad. *Fuit improvidè congregatum*, & ſine conſideratione. O peccator, dum peccas, ſciſne quid facias. ſ. 4. De malitia peccati.

4. *Quid facimus?* Videtur eſſe zelus communis, ſed, *Moti ſunt.* Palud. *ex invidia & ira.* O quot opera ex ſe bona erunt reprobata? quia fine & intentione malà facta ſunt. ſerm. 25. *Examen operum.* Vid. ſerm. 26.

5. *Multa ſigna facit.* Et ideo mori debèt? O ingrati! *Decebat admirari, & extollere: ipſi verò conciliantur occidere.* ſerm. 85. Leges gratitudinis. Vid. ſerm. 78. uſque ad 84.

6. *Multa ſigna.* De Padua. *Signa amoris.* Vinc. Ferr. *Signum creationis, adoptionis, & ſignum reconciliationis.* Sed, *quid facimus?* Si tanto beneficio gratos nos non exhibeamus? ſerm. 20. de beneficijs generalibus.

7. *Multa ſigna.* Padua. *Signa amoris*, quibus ſpecialiter animas vocat. *Quid facimus*, dum pro gratiarum actione quærelas proponimus, pro beneficijs tam ſpecialibus? Vide ſerm. 32. & 33.

8. *Multa ſigna.* Tria ſigna facit, ut de peccatis triumphet, quæ invenies. ſerm. 69. Die Mercurij in Quadrag.

9. *Multa ſigna.* Vinc. Ferrer. *In ſuis ovibus.* Id eſt electis, tu conſidera, an habeas in te ſigna ovis à Chriſto electæ? ſerm. 48. de ſignis prædeſtinatorum.

10. *Multa ſigna.* Padua, *ſigna rigoris, quibus nos dignatur revocare ad pœnitentiam.* An non vides tantas calamitates! quid ergo facimus? Vide ſerm. 63. uſque ad ſerm. 77.

11. *Multa ſigna.* Padua. *Erigentis fiduciæ, corrigentis Juſtitiæ.* Ut anima ſecura ambulet inter ſpem & timorem. ſerm. 10. De temeraria confidentia. Vid. ſerm. 52.

12. *Multa ſigna.* Padua. *Comminantis ſententiæ in improbos.* Exemplum damnatorum ſignum eſt, in bonum illorum, qui adhuc vivunt, ſi volunt ex ipſorum damno ſapere. ſerm. 51. Concluſiones damnatorum Vid. ſerm. 13.

13. *Quid facimus.* Padua, cuilibet noſtrûm verbum propoſitum dicitur, quid faciemus: quia præterlabitur tempus ad faciendam pœnitentiam de noſtris peccatis. ſerm. 6. de lucro temporis ad pœnitentiam. Vid. ſerm. 7. 8. & 9.

14. *Quid facimus.* Poſt tot ſermones, & admonitiones divinæ pietatis, *quid facimus*: cur non ſtatum malum derelinquimus: O ratio horribilis reddenda! ſerm. 61. Obligatio ex tot concionibus, & ſermonibus auditis.

15. *Quid facimus.* Si primum peccatum, quod facio, eſſe poteſt ultimum, quod Deus expectet, quid facimus? cur non omnem diligentiam adhibemus, ut numerus iſte non compleatur: ſerm. 12. de numero peccatorum.

16. *Quid facimus.* Cum hac interrogatione, facilé introduci poteſt. ſerm. 15. 16. 18. & 19. 22. 27. 29. 30. 47. De numero Salvandorum,

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

dorum, ſolùm interrogando: *quid facimus.* cùm vita ſit tam fragilis.

17. *Venient Romani.* Quid timent? Auguſt. *Temporalia perdere timuerunt, & vitam æternam non coeptaverunt.* Ut non patiaris in tempore, pati vis totâ æternitate? ſ. 30. de æternitate. Vide etiam ſerm. 29.

18. *Venient Romani.* Rupert. diabolus riſu, & cachinno delectatur, quare? Vinc. Ferr. *Non timuerunt diſplicere Deo.* Timet peccator pœnam, ſed culpam non timet, cur ergo non timet etiam pœnas æternas? ſerm. 29. de inferno.

19. *Venient Romani.* Non bene dicunt, *venient*, dicant potiùs, attrahent illos peccata, nec enim aliam cauſam inquiramus eorum, quæ patimur. ſerm. 76. de peſte introducta, Vide ſerm. 63. uſque ad ſerm. 77.

20. *Venient Romani.* Timent damna corporalia, quæ ſibi ſolùm imaginantur, & non vera animæ damna, id enimverò bene apparet ex illis, quæ peccator patitur amore corporis. Serm. 24. Obl gatio ex ipſis operibus.

21. *Venient, & tollent.* Quod ſi etiam venturi ſunt, quîd tandem auferent? quia quidquid temporale eſt, nihil eſt, & ſicut tale, debet ſperni. ſerm. 14. de fluviis Babyloniæ. ſerm. 18. §. 2.

*Dominica Palmarum.*

1. *Cùm appropinquaſſet JEſus Hieroſolymis.* Matth. 21. Hodie excipitur cum pompa, & poſt quinque dies crucifigitur. S. Bernard. *Quis ſperare jam debeat in incerto gloria temporalis?* ſerm. 14. de fluvijs Babyloniæ.

2. *Et veniſſet Bethphage.* S. Ant. Pad. *Peccatorum confeſſio.* Hic miſit Dominus ſervos ſuos, ut ſolvant jumentum, id eſt, peccatorem. *Solvite.* Oportet enim ut confeſſio, bene facta præcedat abſolutionem. ſerm. 55. De confeſſione.

3. *Dicite, quia Dominus his opus habet.* quid. qui Dominus omnium eſt, his opus habet? Ita, ſicut Mater opus habet illo, qui ipſius uberibus paſcatur, atque propterea anxia eſt, ad ſeſe communicandam, unde neceſſe habet id, quod alteri conferat, ſermo. 10. de Miſericordia. ſerm. 52.

4. *Confeſtim dimittet eos.* Quis? Dominus, multos autem habebat Dominos jumentum. ait S. Lucas c. 19. *Dixerunt Domini ejus.* Eſt ſanè peccator, cui plures Domini, nimirum vitia dominantur, vile jumentum. ſerm. 2. ſerm. 49. n. 29. ſerm. 24. Serm. 58. n. 18.

5. *Ecce Rex tuus venit tibi.* O anima! Jeruſalem. Ecce! Ecce venit enim Dominus in tantis prædicatoribus, quid feciſti: non inde fructum tuliſti: Jam ceſſant conciones, ſed quænam erit obligatio: ſermo. 61. Obligatio ex tot concionibus.

6. *Ecce Rex tuus venit tibi.* Ut attendendo ad vitam ejus Sanctiſſimam, eandem imiteris, venit enim non tantùm Redemptor, & Magiſter, ſed etiam ut Exemplar ſ. 44. d vita JEſu Chriſti Domini Noſtri.

7. *Venit ſibi manſuetus.* Nunc plenus venit manſuetudine, ſed væ tibi, ſi tamdiu expectas, uſque dum veniat plenus juſtiſſimo rigore. ſerm. 6. ſerm. 19. ſerm. 22. ſerm. 31. ſerm. 10. de temeraria confidentia.

8. *Venit tibi manſuetus.* Ut hac ſua manſuetudine doceat, quod eandem tenere debeat ille, qui triumphantem Jeroſolymam ingredi deſiderat. ſerm. 59. de dilectione inimicorum, & ſerm. 3. & 4. de Quadrageſima.

9. *Venit tibi.* Quomodo eum recepiſti? *ſtraverunt veſtimenta ſua in via.* Depoſuiſti nimirum, ſicut ponis veſtem, dum accumbis in lecto, ut eam paulò poſt iterum recipias? Ita occaſionem peccandi deſeris tempore Quadrageſimæ. ſerm. 60. de relapſu in peccata.

10. *Straverunt veſtimenta.* Apoſtoli ſuis veſtibus inſtraverunt jumentum, & pullum, non enim fuiſſet decens, ut Chriſtus in ijs ſederet, absque inſtratis veſtibus. ſerm. 41. De veſtitu prophano. Ibi. n. 18.

11. *Alij cedebant ramos de arboribus.* Tantùmne ramos? ubi autem manet radix intentionis, operum tuorum? Confiteris? das Eleemoſynas? rami hi boni ſunt, ſi autem non offers ſimul radicem bonæ intentionis, nihil valent. ſerm. 25. de examine bonorum operum.

12. *Ramos de arboribus.* Sed ſine radice? Gregorius Hom. 27. *Nec habet aliquid viriditatis ramus boni operis, ſi non manet in radice charitatis.* Id quod requiritur, ut ſint opera meritoria. ſerm. 26. Examen virtutum.

13. *Ramos de arboribus.* Non exciſis ſimul radicibus? Confeſſio, quæ radices occaſionum malarum non evellit, faciet te iterum in peccata relabi. ſerm. 60. de relapſu ſerm. 62. §. 4. ſermo. 58. §. 9.

14. *Ramos de arboribus.* Non ſatis eſt ad confeſſionem perfectam cædere ramos culpatum, niſi etiam eradicentur malorum habituum & affectionum radices, ſemper enim manet periculum relapsûs. ſermo 43. Conſequentiæ in ſemetipſo.

15. *Ramos de arboribus.* Si manent radices mali exempli, tunc etiam poſtea iterum repullulabunt in vita pernitioſæ Conſequentiæ. ſerm. 34. ſerm. 35. ſerm. 36. uſque ad 43.

16. *Ramos de arboribus & ſternebant in via.* Tu verò, quid poſuiſti in via? Diſcip. *aliqui proſternunt lapides in via, ut ſunt, qui ſcandalizant proximos ſuos,* ſermo 28. de peccatis alienis. ſerm. 36. ſerm. 37. ſerm. 38.

17. *Ramos de arboribus.* Eccleſia ſancta hodie ramos dividit. Bern. Hugo de prat. flor. Exempla vitæ à SS. Patribus, qui Magnæ arbores in DEI Eccleſia extiterunt. ſerm. 45. de vita Sanctorum.

18. *Ramos de arboribus.* Omni ſtatui hodie Eccle-

Eccleſia ramos dividit,ad proceſſionem,quæ nos ducit ad vitam æternam triumphantis Hieroſolymæ, Serm. 27.de varijs ſtatibus.

19.*Ramos.* Ant. de Pad.*Videlicet oliva.*Oſtendit Eccleſia, quòd nunc quidem adſit oliva Miſericordiæ,ſed in Judicio extremo non erit amplius.Serm.10.S.19. Serm. 31. de Judicio univerſali.

20.*Ramos.* Padua. *Palmarum.* Ofert palmas Eccleſia, quæ tenent folia, veluti gladios,ad vincendas paſſiones, & abſcindendos abuſus. Serm.42.de varijs abuſibus.

21.*Ramos de arboribus.* Prat flor. *Ramos arborum fructiferarum.* Iſtos portare debemus in ſupplicatione, ſeu proceſſione vitæ noſtræ, ut intremus in Jeroſolymam gloriæ. Fides cum operibus, & cum fructu. Serm, 40.& 54. Probationes pro gloria.

22.*Ramos de arboribus,* De Eccleſia ramos myſticos,qui ſunt indices arborum in monte gloriæ plantaratum, & quales tu habes ex omnibus iſtis? Serm. 48, de ſignis prædeſtinatorum.

23.*Ramos de arboribus.* Padua. *Palmarum.* Diſcip.*Palma ſemper viret,in vere, in autumno,in hyeme,in æſtate.* Symbolum perſeverantiæ, quæ ſola coronatur. ſerm, 62, de perſeverantia.

24.*Ramos de arboribus.* Dividit Eccleſia ramos in hac ultima Dominica, & admonet nos,ut in gratia perſeveremus, ſerm.62, Remedia perſeverantiæ.

25.*Hoſanna.* Populus exaltat. JESUS Chriſtus plorat. Luc. 19. *Videns Civitatem flevit.* Quare? vidit Dominus ruinam civitatis, & cauſa ruinæ, erant peccata. O anima! *Si cognoviſſes & tu?* ſerm. 4. & 5. de peccato.

26.*Ramos de arboribus.* Padua. *Videlicet oliva, & palmarum,* neutrum ſine altero. Timeat peccator gladios palmarum, & confidat,ſi videt olivam pacis,ſerm.10. de temerariis confidentia.

*Die Jovis Sancto, de Mandato.*

1. *Cùm dilexiſſet ſuos.* Joan. 13. Ab æterno; Serm.20. §.2. *In finem dilexit.* Nec à noſtra ingratitudine ſe permiſit fatigari, aut vinci, ſerm. 52. §. 5. *Cùm dilexiſſet ſuos.* Suos nos vocat, quia in nobis non aſpicit malitiam, ſed miſeriam. ſerm. 52. §. 7. *Cæpit lavare.* Ut doceat humilitatem exemplo, ſerm.48. §. 10. Quis non reſpondeat ſua gratitudine? ſerm. 85. Leges gratitudinis.

2.*Cùm dilexiſſet ſuos.*In quonam cognoſcitur, quòd ſint ſui? Hug. de prat. flor. *Suos diſcipulos per doctrinam, filios per gratiam,amicos per obedientiam,ſocios per perſeverantiam.* ſerm. 48. de ſignis prædeſtinatorum.

3.*Cæpit lavare.* An non erant mundi? erant. *Vos mundi eſtis, ſed adhuc majori mundatione opus erat.* Quâ? *ut pedes lavet*, Bernard. *Pedes,id eſt, affectiones.* ſerm. 43. Conſequentiæ in ſeipſo.

4.*Cæpit lavare.* Prat flor. *Quis lavit? quos lavit? à quibus lavit?* Dignæ ſunt conſideratione iſtæ Miſericordiæ Dei ergo hominem. ſerm. 1. Invitatio ad Miſericordiam.

5.*Quod ego facio,tu neſcis modò,ſcies autem poſtea.* Jam ſunt occultæ multæ providentiæ Dei, ſed dies veniet, in qua manifeſtabuntur, Serm. 32,de providentijs occultis.

6.*Si non lavero te.* Terribilis comminatio. Intelligat peccator,quod ſi te non abluat aquis pœnitentiæ,non habebit partem gloriæ, ſerm 55.de Confeſſione, niſi confiteatur, quod reticuit. ſerm.56.

7. *Si non lavero te.* Prat, flor. *Quia nihil coinquinatum intrabit.* Ingreſſus in gloriam,requirit grandem puritatem,ſerm. 80. de quadraginta diebus myſticis. ſerm. 54. de probationibus ad gloriam.

8.*Domine non tantum pedes, ſed & manus & caput.* Nimio amore fit homo audax ad reſiſtendum, & nimio timore minarum poteſt exædi in obedientia. Serveriſſimum eſt conſiſtere in medio, inter ſpem & timorem. ſerm. 10.de temeraria confidentia.

9.*Qui lotus eſt,non indiget, niſi ut pedes lavet.*Non autem caput, Bern. *Caput id eſt, intentio.* Ille autem jam habet quod lavet, qui in ſuis operibus non habet bonam intentionem, ſerm. 25. & 26. De operibus bonis.

10.*Ut pedes lavet.* Palud. *Pedes non lavantur,quando immunditia in pedibus eſt inveterata.*Reſiſtit mala conſuetudo lotioni. ſerm.11.de prava conſuetudine.

11.*Exemplum dedi vobis.* Eſt Chriſtus,Redemptor noſter & Magiſter,etiam Exemplar noſtrum,quod imitari debemus.ſerm.44. De vita Chriſti.

12.*Exemplum dedi vobis.* Erat Pater. Magiſter, Dominus, Superior,ad docendos omnes eos,qui etiam hoc nomen gerunt, quòd obſtricti ſint bono prælucere exemplo.ſerm. 28 ſerm. 34. Serm. 35. Vide in Indice. V. Exemplum. Scandalum.

13. *Exemplum dedi vobis.* Beda. Nimirum exemplum manſuetudinis, dum genua flexit coram Juda inimico ſuo, ut exemplo Chriſti omnes veniam largiantur ſuis inimicis. ſerm. 59. de amore inimicorum. Beda, *Ita & peccantibus in nos dimittere feſtinemus.*

14.*Ita & vos faciatis.*Quid? Lavacrum myſticum, 1, *Surgit à cœna.* Surge à cœna tuorum appetituum. 2. *Ponit veſtimenta.* Relinque peccata & habitus malos. 3. *Præcinxit ſe.* Conſtringe cor tuum dolore, & propoſito emendationis. 4. *Mittit aquam in pelvim,* Lava peccata tua ad pedes confeſſarij aquâ claræ Confeſſionis. 5. *Extergere linteo,* Exſicca pedes affectuum tuorum ſatisfactione. Serm. 55, & 56. de Confeſſione.

IN-